

title: Itinerarium nobiliorum Italiae regionum, vrbium, oppidorum, et locorum; nunc serio auctum, & tabellis chorographicis, & topographicis locupletatum; in quo, tamquam in theatro, nobilis adolescens, etiam domi sedens, praestantissimae regionis delicias spectare cum voluptate poterit. Auctoribus Francisco Schotto Antuerpiensi I.C. et F. Hieronymo ex Capignano Bonon. praedicatorio. [1]

shelfmark: D 171D 172.1

library: Biblioteca nazionale Marciana - Venezia - IT-VE0049

identifier: VEAE005738

Le riproduzioni digitali accessibili dalla Biblioteca digitale italiana di www.internetculturale.it sono per la maggior parte di dominio pubblico, e provengono dalle attività di digitalizzazione realizzate dalle biblioteche che possiedono gli originali e la proprietà delle riproduzioni digitali, e sono istituzioni partner del portale.

La riutilizzazione non commerciale è libera e gratuita nel rispetto della normativa vigente.

Ai fini della riutilizzazione commerciale e/o per ottenere un documento ad alta definizione contattare il detentore dei diritti del bene digitale utilizzando nel Download del documento, il contatto di posta elettronica.

Gli utilizzatori finali dei beni digitali, sia che riproducano parzialmente o completamente le immagini, dovranno sempre e comunque citare la fonte www.internetculturale.it

.....


The digital reproductions accessible from the Italian Digital Library www.internetculturale.it are mostly of public domain, and come from the digitization activities carried out by the libraries that own the originals and are ownership of digital reproductions, and are Institutions partner of the portal.

The non-commercial re-use is free in accordance with the local regulations.

To allow commercial reuse and/or to obtain a high-definition document please, contact the copyright holder of the digital object using the contact e-mail you can find in the Download of the document.


The terms of use of the Internet Culturale material states that the final users that reproduce images or part of them must mention the source www.internetculturale.it





BIBLIOTECA NAZIONALE DI SAN MARCO
171
D
172
VENEZIA

26286



ITINERARIUM

Nobiliorum

~~ITALIAE~~ ~~Vrbium~~ ~~&~~ ~~Camporum~~


ITALIAE Vrbium & Camporum

Nobilioribus Vrbibus & Campis
quae in Italia sunt
et quae sunt in Italia
et quae sunt in Italia
et quae sunt in Italia
et quae sunt in Italia


Auctore

Francisco Sacerdoti & Astronomo P. C.

Et B. Historico Et Geographo



1.
SC
cauini



ITINERARIUM Nobiliorum


ITALIÆ REGIONVM,
VRBIVM, OPPIDORVM,
ET LOCORVM;

Nunc seriò auctum, & Tabellis Chorographicis,
& Topographicis locupletatum;

*In quo, tamquam in Theatro, Nobilis adolescens, etiam
domi sedens, præstantissima regionis delicias
spectare cum voluptate poterit.*

Auctoribus

FRANCISCO SCHOTTO ANTVERPIËNSI I. C.
ET F. HIERONYMO EX CAPVGNANO
Bonon. Prædicatorio.



V I C E N T I Æ

APVD FRANCISCO POLZETTAM
Gymnasij Patauin. h. MDCI.
Superio. missu.



ILLVSTRIBVS,

& Magnificis

D. D.

ALEXANDRO,

&

CONSTANTINO

FRATRIBVS

ILLVSTRISSIMI

D. D.

IANVSZII DE OSTROG
DVCIS ZASLAVIÆ.

PALATINI PODLACHIÆ,
ETC. ETC. FILIIS

DOMINIS, ET PATRONIS
SVIS OBSERVANDISS.

Franciscus Bolzetta celeberrimi Gymnasij
Patauini Bibliopola.

S. P. D.



ITINERARIUM Italiae multis
 partibus auctius denuò editu-
 rus non vna causa fuit Ill. A.
 cur illud vobis præcipuè dica-
 re. Ad illa, vel potissima, quod
 miro quodā incensi desiderio lu-
 strandæ huius regionis, de qua tam multa prædica-
 ri audiebatis, vt primum licuit per etatem in uiam
 vos dediſtis, eo consilio, vt longe lateq; Italiam
 peregrinando non oculos modo, sed multo magis ani-
 mum, ac mentem pasceretis. Putaui igitur me
 operepretium facturum, si hunc vobis libellum
 rerum ferme omnium, quæ in Italia sunt, memoria
 dignarum thesaurum donarem, vt, non solum dux
 vobis esset itineris, & præiret quodammodo, sed
 leuaret etiam molesto illo labore, vt memorabile
 quidque visum esset, litteris consignandi. Adde
 etiam, vt simulac vobis collibitum esset peragrarè
 de integro Italiam, ià citra vllum laborem, & in-
 commodum sola eius lectiōe consequi possētis, quæ,
 & vobis reficaret memoriā huius regionis, &
 eam vobis tantam non susteret, atque oculis denuò
 subijceret. Quæ non eo dico, quod, aut vos itineris
 ducem, aut sanus quisquam à vobis desiderare me-
 moriam possit, sed potius, quia multos præstat ha-
 bere in comitatu, qui viam teneant, quam vnum,
 aut alterum, & fieri vix potest, vt in patriam re-
 duces, omnibus, qui vos de Italia percuntabun-
 tur, qui certè plurimi fut. i p. v. v. deatis,
 cum tamen abundè satisfieri v. v. v. agulis pos-
 sit,

fit, imò etiam iterata lectione illorum voluptas ef-
 fici diuturnior; qua ratione, vt multum detrabe-
 tur labori vestro, ita longè plurimùm ad huius li-
 belli commendationem accedet. Nemo enim tam
 impudenter maledicus erit, ut eum falsi accusare
 audeat, quem dono à vobis accipiet, vt commen-
 tarium vestræ peregrinationis, si minus à vobis
 conscriptum, at vobis inscriptum, vestroq; testi-
 monio probatum. His accedit singularis quædam
 de virtutibus vestris opinio, magnorum virorum
 sermonibus penitus insita animo meo, quæ me,
 nisi, vt vt possem, irreperem in gratiam vestram,
 non patiebatur quiescere. Nulla enim est dies,
 qua non, qui maximè nobilitate, & ingenio excelle-
 re putantur, quæ illorum humanitas est, frequen-
 tes conueniant in bibliothecam meam, vix vlla,
 qua non de vobis cum summa laude sermones be-
 nè longi habeantur. Celebrat hic ingenium pudor-
 em, benignitatem, ante omnia temperantiam, &
 compressum in hac ætate ad voluptates procliu-
 dorem cupiditatum, ille miram quandam ad bonas
 artes propensionem vestram, non eas modo, quæ
 summo loco natis, idest vobis, sed omninò, quæ in-
 genuis hominibus dignæ sunt; omnes admirantur
 in tenera ætate robustam virtutem, & quia adole-
 scentia spem superat, senectutem augurantur supe-
 raturam fidem. Quæ omnia, vt in animis firmiter
 hæreant, nec erui possint, Generosi, & Magnifici
 Nicolai Tricki de laudibus vestris prædicatio
 facit, cui ob singularem probitatem, &
 do-

www.internetculturale.it

doctrinam, qua omnes traxit in admirationem sui, summa laus omnium iudicio debetur, nemo est, qui alios laudanti credere dubitet. Ego igitur quid facerem, cuius aures quotidie verberabat hic sermo, nisi vos amarem, colerem, obseruarem, eniteter denique, ut extaret aliquod voluntatis huius erga vos meae testimonium. Cum ergo prestare hoc quidem tempore maius nihil possem, & longum videretur dum aliquid vobis dignum perueniret ad manus, adornaui hoc, quidquid est, libelli, interpretem scilicet meae erga vos voluntatis, cum bona spe fore, ut eum benignè apud vos haberetis. Quod si honorificè de vobis predicando onerabit pudorem vestrum, vos sanè claudite aures, non enim hoc illis datur, sed interea permittite, ut audiat, qui volet non meum (ego enim me nihil aliud quod doctorum virorum scribam hac quidem in parte profiteor) non igitur meum, sed Patauini Gymnasij de vobis iudicium. Ego, si hoc tenui munusculo à vobis impetraro, ut aditus mihi aperiatur ad gratiam vestram, satis animo meo factum esse arbitrabor, de virtute autem vestra, quid Itali sentiant mea periculo testatum reliquero. Deum Opt. M. supplex oro, ut vos diu seruet, patriaeque restituat incolumes.

BI-

-AM 9

BIBLIOPOLA

Ad Lectorem.



VM liber hic, amice Lector,
à studiosis adolescentibus
rerum Italicarum amato-
ribus auidè arreptus olim,
& deuoratus apud nostra-
tes, & exteros magnum sui

desiderium excitasset; nihil antiquius ha-
bui ego, quam doctis viris in consilium adhi-
bitis curare, vt auctior, & locupletior in pu-
blicum prodiret; quod an præstiterimus nec
ne, collatio Antverpianæ editionis, cum
hac nostra facile indicabit. Neq; vero is ego
sum, qui optimè de omnibus meriti viri co-
natibus obrectare velim. (noui enim im-
mensum esse, & interminatum hoc scriptio-
nis genus!) sed operæ precium duxi studium
in hac re meum tibi approbare, vt & indu-
striæ meæ fauens, & alij nostri ordinis viri
occasionem in posterum arripiant de te in
hoc etiam genere bene merendi. Tu VALE,
& labores nostros amanter excipe.

P. MA-

P. Magistro
F. HIERONYMO
IOANNINIO
Ex Capugnano
COMPROFESSORI,
& Inquisitori Vicentiæ.

F. *Benedictus Bonius, Feltrensis*
Ordin. Prædic.

ALARVM facilis quis tibi Cæli-
tum
Cessit remigium, quo celer Italas,
O Hieronyme, terras,
Urbes, & vaga flumina
Lustrares? aciem quis tibi lynceam,
Qua res tam varias, tam bene cerneres,
Indulsi? Quis amabo
Argutum calamum dedit,
Quo tu visa sagax pingere, gentibus
Ob cunctis oculos pictaque ponere
Posses? vaticinabor
Nam Phæbus mihi pectore

www.internetculturale.it

*Versat ; nec superum magna silentio
Ingrato patitur munera contegi :
Summi Nuntius ingens
Patris Mercurius tuus
Aptavit pedibus præcipites suas
Alas, ala quibus nulla velocior.
Et doctum tibi cinxit
Centum luminibus caput :
Quæ capto numeris suauibus abstulit
Argo. Præterea Fama perennibus
Euulsit sibi pennam.
Alis, quam tibi tradidit.
Atramenta sacris mixta liquoribus,
Quorum signa nequit dentibus impotens
Sæuis rodere Tempus :
Et cartas adamantinas,
In queis perpetuo viuere seculo,
Quæ scribis valeant, insuper addidit.
Fatis actus iniquis
Errans plus vice simplici
Tunc Laertiades nauibus equora
Vulturni gelidis flata furoribus
Percurrit. Mala cuncta
Iurasse in caput illius
Dixisses. Tumidis denique fluctibus
Ereptus varijs vrribus appulit :
Miras vidit in illis
Res, moresque hominum nouos.
Non est præterea cur quis ab vltimis
Oris Italianæ re conuolet.*

Non

Non est cur tua linquas
Posthac, sarmata, limina;
Traiectis latias Alpibus arduis
Quò terras videas: absque laboribus
Istis in monumentis
Unum cernere per diem
Multò plura potes (crede mihi) tuis
Quàm presens oculis lustra per omnia,
Quæ vitæ tibi Parca,
Quamuis plurima, cesserint.
Certis sydereas legibus orbium
Moles perpetuo concitat impetu
Magni Rector Olympi,
Ut cœli decus, ordinem,
Vitales radios solis, & auream
Lunam per tenebras, astraque lucida
Ostentaret Iberis
Indis, gentibus omnibus.
Hæc motrix noua mens, cælo uti sydera
Infixit Latias orbe voluminis
Res, Vrbes, ut in omneis
Oras, & populos ferat
Mundi delicias. Hinc super ambiens
Terras, Hesperium littus ab vltimo
Illustrabit Eo
Ingens Itala gloria.

IN ITINERIBVS OBSERVANDA.

DEVM in primis inuocat quotidie profecturus,
precibus Itinerum, quas mox
subijciam.

- | | | | |
|----------------------------------|-------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| In peregrinationibus obseruanda. | I. | Regio in qua consideranda nomina | } Vetera.
} recentia.
} sepe mutata. |
| | II. | Ditio hominum | } Superiorum
} nostrorum. |
| | III. | Nomen Urbis, & ratio nominis, si extet. Item conditor, amplificator, aut instaurator alicuius loci. | |
| | IIII. | 1. Flumina
eaq; aut
2. Mare alluens, aut portus.
3. Montes.
4. Syluae, nemora, vel si quid aliud insigne. | } allabentia.
} prope distantia.
} deducta. |
| | V. | Opera & haec, vel | } Publica
} Profana.
} Basilicae
} Monasteria.
} Tempora.
} Palatia, arces, fora, armamentaria, propugnacula, turres, & ratio munitio- nis.
} Priua- |

Priata, ut quæ in ciuium
ædibus sunt insignia, ve-
luti horti, picturæ, fontes,
statuæ.

1. Curia, in qua Senatores,
& familiæ ciuium hone-
stæ.
2. Scholæ, ut ratio edu-
cationis, & institutio-
nis pueritiæ. Item vi-
ri docti, & Bibliothecæ.
3. Vulgi mores, quò perti-
nent, ratio victus, & vesti-
tus; item opificia.

VI. Ratio
guberna-
tionis, ad
quam
pertinet.





ITINERARIUM,

SEU ITER AGENTIVM

PRECES.



N ipso itineris ingressu, Cantic. Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit, & fecit redemptionem plebis suæ, &cæt. post Gloria Patri, & Filio, postea Antiph.

In viam pacis, & prosperitatis dirigat nos omnipotens, & misericors Dominus, & Angelus Raphael comitetur nobiscum in via, ut cum pace, salute, & gaudio reuertamur ad propria.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster.

Vers. Et ne nos inducas in tentationem.

Resp. Sed libera nos à malo.

Vers. Saluos fac seruos tuos.

Resp. Deus meus sperantes in te.

Vers. Mitte nobis Domine auxilium de sancto.

Resp. Et de Sion tuere nos.

Vers. Benedictus Dominus die quotidie.

Resp. Prosperum iter faciat nobis Deus salutarium nostrorum.

Vers.

Verf. Post partum Virgo inuiolata perman-
sisti.

Resp. Dei Genitrix intercede pro nobis.

Verf. Orate pro nobis omnes Sancti Dei.

Resp. Ut digni efficiamur promissionibus Chri-
sti.

Verf. Domine exaudi orationem meam.

Resp. Et clamor meus ad te veniat.

Verf. Dominus vobiscum.

Resp. Et cum spiritu tuo.

O R E M V S.

Deus qui Abraham puerum tuum, de Vr Chal-
dæorum eductum, per omnes suæ peregrinatio-
nis vias illesum custodisti, quæsumus, vt nos famu-
los tuos custodire digneris; esto nobis Domine in
procinctu suffragium, in via solatium, in aestu umbra-
culum, & in pluuia, & frigore tegumentum, in lassitu-
dine vehiculum, in aduersitate præsidium, in lubri-
co baculus, in naufragio portus, vt te duce quo ten-
dimus, prosperè perueniamus, & demum incolumes
ad propria redeamus.

Adesto quæsumus Domine, supplicationibus
nostris, & viam famulorum tuorum in sa-
lutis tuæ prosperitate dispone; vt inter omnes viæ,
& vitæ huius varietates, tuo semper protegamur
auxilio.

Protege Domine famulos tuos subsidijs pacis, &
Beatæ Mariæ semper Virginis patrocinijs confi-
dentes, a cunctis horribus redde securos.

Deus qui filios Israel per maris medium sicco ve-
stigio ire fecisti, quique tribus Magis iter ad
te stella duce pandisti, tribue nobis quæsumus iter
pro-

pro sperum, tempusque tranquillum; ut Angelo
tuo sancto comite, ad eum, quo pergimus locum,
ac demum ad æternæ salutis portum peruenire foe-
liciter valeamus.

TRibue quæsumus Domine omnes Sanctos tuos
pro nobis iugiter orare, & eos clementer exau-
dire digneris. Per Christum Dominum nostrum.
Amen.

Benedictio Dei omnipotentis Patrís, ✠ & Fi-
lij, ✠ & Spiritus sancti. ✠ Amen.



Adesto quæsumus Domine, supplicanti-
bus nostris, & viam salutis nostram in
iustis tuis prosperitate disponas; ut inter omnes
& vite huius varietates, tuo tempore propiti-
auxilio, ad salutem pervenire possimus.

Protere Domine famulos tuos labili-
bus Beate Mariæ semper Virginis patrocinio con-
tendens, a cunctis hostibus recte teneas.

PAR-
se bella hæc panditis, tibi nos quæsumus ter-

PARTE PRIMA.



ITER scribitur Tridento Venetias, & inde
Brixiam. Brixia triplici via Mediolanum
ducitur viator. Mediolano per Emiliam,
Bononiam acceditur, & Bononia per Hetruriam
Romam.

Aliud est iter ex Mediolano, per Cenomanos Fer
riam, vnde Venetias, & Ariminum.

Arimino, & Fano per Flaminiam Fulgineum in
ter Umbros. Per Picænos verò, Lauretum, Ma
ceratam, Fulgineum. Fulgineo Romam.

PARTE II.

ROMA, eiusque admiranda, tum Diuina,
tum Humana.

PARTE III.

ITER Roma Neapolim per Latium, &
Campaniam, indeque Puteolos, & reditus Ti
bur amœnissimum Italiae Urbem.

PARTE PRIM A



I T E R R A ...
B r i t a n n i a ...
R o m a n a ...
S i c i l i a ...
C y p r u s ...
C o r s i c a ...
S a r d i n i a ...
C a p r i a ...
P a n n o s a ...
S t r a z z a ...
C a l a b r i a ...
A p u l i a ...
S a b i n u m ...
L u c a n i a ...
C a m p a n i a ...
A g r o t i n a ...
C a p u a ...
S a n t a A g n e s ...
S a n t a M a r t i n a ...
S a n t a C a t h e r i n e ...
S a n t a M a r t i n a ...
S a n t a C a t h e r i n e ...
S a n t a M a r t i n a ...
S a n t a C a t h e r i n e ...

PARTE II

R O M A ...
S u m m u m ...

PARTE III

I T E R R A ...
C a m p a n i a ...
S a n t a A g n e s ...
S a n t a M a r t i n a ...
S a n t a C a t h e r i n e ...
S a n t a M a r t i n a ...
S a n t a C a t h e r i n e ...
S a n t a M a r t i n a ...
S a n t a C a t h e r i n e ...



TABVLA VRBIVM, ET LOCORVM MAGIS ILLVSTRIVM.

*Primus numerus videlicet. 1. & 2. primam, &
secundam Partem significat. Secundus
verò Folia.*

A

A	Dria	parte folio	
	Albia flumen. Paglia	I.	214
	Altinum.	I.	189
	Ancisa.	I.	21
	Ancon.	I.	183
	Andes, Pietoli.	I.	237
	Angleria, Angera.	I.	205
	Anguillaria.	I.	128
	Apponum, Abbano.	I.	193
	Aqua pendens	I.	52
	Aretium	I.	190
	Argenta	I.	184
		I.	126
	**		
	Arri-		

	<i>parte</i>	<i>folio</i>
Arriminum	I.	228
Arnus flumen	I.	171
Arquatium	I.	52
Affisium	I.	259
Afula	I.	92
Afulum	I.	21
Ateste, <i>Este</i>	I.	52
Athesis flumen	I.	80
Auernus	2.	265
Auerfa	2.	210
Atella	2.	211

B

B Accanum	I.	193
Bacchilio flumen	I.	45
Baia	2.	263
Barlasina	I.	125
Bassanum	I.	16
Benacus, <i>Lago di Garda</i>	I.	88
Bergomum	I.	97
Bibiena	I.	179
Bobium	I.	140
Bononia, <i>Bologna</i>	I.	152
Braccianum	I.	193
Brembus flumen	I.	100
Brittonorium	I.	227
Brixia	I.	89
Burgus S. Donini	I.	144
Burgus Tari	I.	144
Butirus	I.	168

C

C Aieta	2.	201
Amaldulum	I.	179
Camerinum	I.	258
Campus Sancti Petri	I.	51
Campefium	I.	18
Caprarola	I.	193

Ca-

	parta	folio
Capunianum, <i>Capugnana</i>	I.	166
Canossa	I.	204
Capua	2.	208
Carauatium, <i>Carauaggio</i>	I.	95
Carpum	I.	150
Cassanum	I.	95
Casentinum	I.	179
Cassianum	I.	182
Cataium	I.	52
Castellio	I.	196
Castellio, <i>Castiglione</i>	I.	166
Castrum nouum	I.	146
Castrum francum	I.	22
Centum	I.	167
Centum cellæ, <i>Cittanecchia</i>	I.	192
Certaldum	I.	183
Ceruia	I.	226
Cingulum	I.	241
Cismonus flumen	I.	17
Cittadella	I.	52
Cocaium	I.	92
Collaltum	I.	32
Colurnus	I.	144
Comacium, <i>Comacchio</i>	I.	217
Comum	I.	125
Coneglanum, <i>Conegliano</i>	I.	22
Corrigium	I.	147
Cornetum	I.	191
Couolus	I.	17
Cliterna	I.	169
Clodia	I.	214
Clusium, <i>Chiusi</i>	I.	188
Crema	I.	96
Cremona	I.	196
Cumæ	2.	267
D Esentianum	I.	88
Ducia, <i>Dozza</i>	I.	170

	<i>parte</i>	<i>folio</i>
E		
Empolus	I.	181
F		
Fabrianum	I.	258
Faliscum, <i>Montefiascone.</i>	I.	191
Fanum	I.	233
Feltrium	I.	17
Ferraria	I.	oillo 206
Fesulae	I.	oillo 178
Fidentiola Tusciae	I.	171
Fidentiola, <i>Fiorenzuola.</i>	I.	140
Figginum	I.	184
Florentia	I.	171
S. Flora.	I.	189
Formiae, <i>Mola.</i>	2.	273
Forum Pompilij	I.	228
Forum Sempronij, <i>Fossombruno.</i>	I.	234
Forum Liuij, <i>Forli.</i>	I.	oillo 227
Fulgineum, <i>Foligno.</i>	I.	259
Fundi	2.	200
G		
Gambararia	I.	44
Grafiniana prou. <i>Grafinana.</i>	I.	146
Guastalla	I.	208
I		
I Dex flumen, <i>Idice.</i>	I.	169
I Interamna, <i>Terni</i>	I.	oillo 262
I Italiae laus, & diuifio,	I.	vsque 14
L		
L Andrianum	I.	134
L Laris lacus, <i>Lago di Como.</i>	I.	125
Lauda	I.	135
L Lauretum	I.	241
		Len-

	parte	folio
Lendinaria	1.	54
Lentia flumen	1.	144
Leucus, <i>Lecco.</i>	1.	127
Liternum	2.	269
Lucca	1.	180
Luer	1.	100
Lyrus flumen, <i>Garigliano.</i>	2.	207

M

M Acerata	1.	258
Marostica	1.	19
Marinum	2.	195
Mariscatonum, <i>Scarlino.</i>	1.	187
Massa	1.	187
S. Marinus	1.	231
Mediolanum	1.	100
Meduaci origo, <i>Brenta.</i>	1.	17
Melignanum, <i>Marignano.</i>	1.	134
Mestre	1.	22
Minturnæ	2.	272
Misenum	2.	251
Modoetia, <i>Monza.</i>	1.	125
Mons Baldus	1.	87
Mons Illicinus, <i>Monte Alcinò.</i>	1.	187
Mons Pulitianus, <i>Monte Pulciano.</i>	1.	188
Mons Silicis	1.	52
Mortarium	1.	128
Mutina, <i>Modena.</i>	1.	147
Mugellum	1.	179

N

N Arnia	1.	264
Neapolis	2.	211

O

O Triculum	1.	266
-------------------	----	-----

Per-

	parte	folio
P		
P Arma	1.	147
Patauium, <i>Padua.</i>	1.	44
Pergamum	1.	17
Perusium, <i>Perugia.</i>	1.	259
Petilianum	1.	191
Pientia, <i>Corsignano.</i>	1.	188
Pisaurum, <i>Pesaro.</i>	1.	232
Pisæ	1.	181
Pistorium, <i>Pistoia.</i>	1.	180
Placentia	1.	137
Plebs Saccum, <i>Pieve di Sacco.</i>	1.	51
Pontremulus	1.	144
Porrecta	1.	166
Pratum	1.	180
Pratolinum	1.	179
Præneste, <i>Palestina.</i>	2.	276
Priuernum, <i>Piperno.</i>	2.	196
Puluerarius	1.	51
Pausylippus, <i>Posilippo.</i>	2.	218
Puteoli, <i>Pozzolo.</i>	2.	216
Q		
Q uintianum	1.	92
R		
R Auenna	1.	218
Recanatum	1.	257
Regium	1.	145
Rhenus flumen	1.	166. 167
Rhodigium, <i>Rouigo.</i>	1.	53
Rho	1.	127
Roncilio, <i>Ronciglione.</i>	1.	192
Rosulum	1.	193

	parte	folio
S		
Sabuloneta, <i>Sabioneta.</i>	1.	200
Salodium	1.	89
Sapina flumen, <i>Saenna.</i>	1.	169
Saxolum	1.	149
Scandianum	1.	146
S. Angeli Castr.	1.	134
Scarperia	1.	179
Senæ	1.	185
Secchia flumen	1.	149
Senogallia	1.	236
Serchius flumen	1.	181
Serius flumen	1.	100
Setia, <i>Setta.</i>	2.	186
S. Seuerinus	1.	258
Sinope, <i>Mondragone.</i>	2.	271
Soncinum	1.	95
Spoletum	1.	261
Suaue	1.	87
Sugana Vallis	1.	16
S. Geminianus	1.	183
Sutrium	1.	192

T

Tarricina, <i>Tevacina.</i>	2.	197
Tarquiniæ	1.	194
Tarvisium	1.	120
Tarres flumen	1.	144
Tiber	1.	189
Tiberiacum, <i>Bagnacavallo.</i>	1.	216
Ticinum, <i>Pausa.</i>	1.	129
Tibur Tiuoli	2.	281
Tolentinum	1.	258
Trebbia flumen	1.	139
Tridentum, <i>Trenso.</i>	1.	14
Tuscanella	1.	191

V

V Alles Brixia	I. 93
Valtanea	I. 17
Velitra, Velitri.	I. 274
Venda Mons	I. 53
Venetia	I. 22
Verona	I. 55
Vercellæ	I. 128
Vicetia, seu Vicentia	I. 55
Vignola	I. 149
Viglebium, Vigenano	I. 128
Viqueria	I. 125
Villæ Romanorum	I. 258
Viterbium	I. 192
Volaterra, Volterra.	I. 183
Volsinium, Bolsena.	I. 190
Vrbinum	I. 230
Vrbs vetus, Oruseto.	I. 191
Vrcei noui	I. 26

F I N I S.

T	I. 27
T	I. 194
T	I. 120
T	I. 144
T	I. 130
T	I. 210
T	I. 190
T	I. 181
T	I. 178
T	I. 139
T	I. 14
T	I. 101

^I
V S,


L A



do exigit, *Schott.*
et, pauca
nia. Ab
n excede-
mediam se
ntis iugo
im, &
inter Su-
. Verum
icitque
angusta,
or. Inte-
ministra
iam.
ii, Appu-
id Alpi-
t Latium
Vrbium
sunt, ad
nonia,
à Thu-
, nunc si
is proxi-
imauus,
. Dein-
de



V Alles B
Vastan
Velitræ, V
Venda Mon
Venetiæ
Verona
Vercellæ
Vicetia, seu
Vignola
Viglebium
Viqueria
Villæ Rom
Viterbium
Volaterra,
Volsinium
Vrbinum
Vrbs vetu
Vrcei nou



I
T
P
U
a
&
r
P
T
L
B
V
q
f
R
f
P
n
n

I T A L I A E L A V S,
ET DIVISIO.

P O M P O N I V S M E L A

Lib. II. de situ Orbis.

Cap. IIII.

I T A L I A .



E Italia magis, quia ordo exigit, *Scott.*

quàm quia monstrari eget, pauca dicentur: nota sunt omnia. Ab Alpibus incipit in altum excedere, atque ut procedit, mediam se perpetuo Apennini montis iugo attollens, inter Adriaticum, &

Thuscum, siue, ut aliter eadem appellantur, inter Superum mare, & Inferum excurrit, diu solida. Verùm ubi longè abit, in duo cornua scinditur, respicitque altero Siculum pelagus, altero Ionium; tota angusta, & alicubi multo, quàm unde cœpit, angustior. Interiora eius aliæ, aliæque gentes habitant. Sinistra parte Carni, & Veneti colunt togatam Galliam. Tum Italicæ populi, Picentes, Frentani, Dauni, Appuli, Calabri, Salentini. Ad dexteram sunt sub Alpibus Ligures, sub Apennino Hetruria. Post Latium Volsci, Campani, & super Lucaniam Brutij. Urbium quæ procul à mari habitantur opulentissimæ sunt, ad sinistram Patavium Antenoris, Mutina, & Bononia, Romanorum Colonia. Ad dexteram Capua à Thuscis, & Roma quondam à pastoribus condita, nunc si pro materia dicatur, alterum opus. At in oris proxima est à Tergeste Concordia. Interfluit Timæus, nouem capitibus exurgens, vno ostio emissus. Deinde

A de

I T A L I Æ

de Natiso nō longè à mari ditem attingit Aquileiam.
 Ultra est Altinum. Superiora latè occupat littora Pa-
 dus. Namque ab imis radicibus Vesuli montis exor-
 tus, paruis se primùm fontibus colligit, & aliquate-
 nus exilis, ac macer, mox alijs amnibus aded̄ augetur
 atque alitur, vt se per septem ad postremum ostia ef-
 fundat. Vnum de ijs magnum, Padum appellant;
 Inde tam citus profilit, vt discussis fluctibus diu qua-
 lem emisit vndam agat, suumq; etiam in mari alueum
 seruet, donec eum ex aduerso littore Istriæ eodem
 impetu profluens Ister amnis excipiat. Hac re per
 ea loca nauigantibus, quæ vtrinque amnes eunt,
 inter marinas aquas dulcium haustus est. A Pado ad
 Anconam transitur Rauenna, Ariminum, Pisaurum,
 Fanestris Colonia, Senegallia, flumen Metaurus, atq;
 Esis, & illa in angusto illorum duorum promontorio-
 rum ex diuerso cocuntium, inflexi cubiti imagine
 sedens, ac ided̄ a Graijs dicta Ancon, inter Gallicas
 Italicasque gentes quasi terminus interest. Hæc enim
 prægressos Piceni littora excipiunt: in quibus Numana,
 Potentia, Claterna, Cupra vrbes: Castella autem
 Firmum, Adria, Truentum: id a fluuio, qui præterit, ei
 nomen est. Ab eo Samnites maritima tenent ad Ater-
 ni fluminis ostia. Vrbes Bucara, & Histonium.
 Dauni autem Tifernum amnem, Cliterniam, Lari-
 num, Theanum, oppida: montemq; Garganum.
 Sinus est continuò Appulo littore incinctus, nomine
 Vrias, modicus spacio, pleraque asper accessu. Extrà,
 Sypuntum, vel vt Graij dixerent, Sipyus, & flumē, quod
 Canusium attingens, Aufidum appellant. Post Ba-
 rium, Egnatia, & Ennio ciue nobiles Rudia, & in Ca-
 labria Brundisium, Valetium, Lupiæ, Hydrus mons,
 tum & Salentini campi, & Salentina littora, & vrbs
 Graia, Callipolis, hucusque Adria, hucusque Italiae la-
 tus alterum pertinet. Frons eius in duo quidem se
 cornua (sicut supra diximus) scindit cæterum mare,
 quod inter vtraque admisit, tenuibus promontorijs se
 mel iterumque distinguens, non vno margine circuit,
 nec

LAUS, ET DIVISIO.

3

nec diffusum patensque, sed per sinus recipit. Primus Tarentinus dicitur, inter promontoria Salen, & Lacinium, in eoque sunt Tarentus, Metapontum, Heraclæa, Croto, Turium. Secundus Scyllaceus, inter promontoria Lacinium, & Zephyrium, in quo est Petilia, Cœcinum, Cyllaceum, Mistræ. Tertius inter Zephyrium, & Brutium, Consilinum, Cauloniam, Locrosque circumdat. In Brutio sunt, Columna regia, Rhegium, Scylla, Taurianum, & Metaurum. Hinc in Thuscum mare deflexus est, & eiusdem terræ latus alterum Terina, Hipponunc Vibon, Temesa, Clamptia, Blanda, Buxentum, Velia, Palinurus, olim Phrygiæ gubernatoris, nunc loci nomen, Pæstanus sinus, Pæstum oppidum, Silarus amnis, Picentia, Petræ, quas Sirenes habitauere. Mineræ promontorium, opima Lucaniæ loca, Sinus Puteolanus, Surrentium, Herculaneum, Vesuuij montis aspectus, Pompeij, Neapolis, Puteoli, Lacus, Lucrinus, & Auernus, Baiæ, Missenum, id nunc loci, aliquando Phrygiæ militis nomen, Cumæ, Linternum, Vulturinus amnis, Vulturinum oppidum, amœna Campaniæ littora Sinuessæ, Liris, Minturnæ, Formiæ, Fundi, Tarracina, Circes domus aliquando Circeij. Antium, Aphrodisium, Ardea, Laurentum. Ostia citra Tiberim in hoc latere sunt. Ultra Pyrgi, Anio, Castrum nouum, Grauiscæ, Cossa, Telamon, Populonia, Cecina, Pisæ, Hetrusca, & loca, & nomina. Deinde Luna, Ligurum, & Liguria, & Genua, Sabatia, & Abigaunum. Tum Paulon, & Varus flumina, vtraque ab Alpibus delapsa. Sed Varus, quia Italiam finit, aliquanto notior. Alpes ipsæ ab ijs littoribus longè, latèq; diffusæ, primò ad Septentrionem magno gradu excurrunt; deinde vbi Germaniam attigerunt, verso impetu in orientem abeunt, direptisque populis immanibus, vsq; in Thraciam penetrant.

ITALIÆ ELOGIVM PLINIANVM,

EX LIB. III. CAP. V.

Histor. Natur.

ITALIA omnium terrarum alumna, eadem & parens; numine Deum electa, quæ Coelum ipsum clarius faceret: sparsa congregaret imperia, ritusque molliret, & tot populorum discordes, feraeque linguas, sermonis commercio, contraheret ad colloquia: & humanitatem homini daret; breuiterque vna cunctarum gentium in toto orbe patria fieret. Sed quid agam? Tanta nobilitas omnium locorum, quos quis attigerit, tanta rerum singularum populorumque claritas tenet. Vrbs Roma, vel sola in ea, & digna tam festa ceruice facies, quo tandem narrari debet opere? Qualiter Campaniæ ora per se, foelixque illa, ac beata amœnitas? ut palam sit, vno in loco gaudentis opus esse naturæ. Iam verò tota ea vitalis, ac perennis salubritas, cœli temperies est: tam fertiles campi, tam aprici colles, tam innoxij saltus, tam opaca nemora, tam munifica sylvarum genera: tanta frugum, & vitium, olearumque fertilitas: tam nobilia pecorum vellera: tot opima tauris colla, tot lacus, tot amnium, fontiumque vbertas, totam eam perfundens: tot maria, portus, gremiumque terrarum commercio patens vndique, & tanquam ad iuuandos mortales ipsos audè in mare procurrans. Neq; ingenia, ritusque, ac viros, & lingua manuque superatas commemoro gentes. Ipsi de ea iudicauere Græci, genus in gloriam suam effusissimum; quotam partem ex ea appellando Græciam Magnam.

P. VIRGILII MARONIS.

Libro II. Georg.

Divisa arboribus patria: sola India nigritem
 Fert eburnum: solis est thurea Cirga Sabas.
 Quid tibi odorato referam sudantia ligno
 Balsamaq; & baccas semper frondentis acanthi?
 Quid nemora Aethyopum molli canentia lana?
 Aut quos Oceano propior gerit India lucos?
 Et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris
 Media fert tristes succos, tardumq; saporem
 Felicis mali: quo non praesentius ullum,
 Pocula si quando saeva infecere noverca.
 Sed neque Medorum sylva, ditissima terra,
 Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus,
 Laudibus Italiae certent: non Bactra, nec Indi:
 Totaq; thuriferis Panchaia pinguis arenis.
 Haec loca non tauri spirantes naribus ignem
 Invertere, satis immanis dentibus hydri:
 Nec galeis, densisq; virum seges horruit hastis;
 Sed grauidae fruges, & Bacchi Massicus humor
 Implettere: tenent oleaq; armenta, lata.
 Hinc bellator equus campo sese ardens infert:
 Hinc albi, Clitumne, greges, & maxima taurus
 Victimae, saepe tuo perfusi flumine sacro
 Romanos ad templa Deum duxere triumphos.
 Hic ver assiduum, atque alienis mensibus aestas,
 Bis grauidae pecudes, bis pomis & stilis arbor.
 At rabidae tigres absunt, & saeva leonum
 Semina, nec miseros fallunt aconita legentes:
 Nec rapit immensos orbes per humum, noque tanta
 Squameus in spiram tractu se colligit anguis.
 Adde tot egregias vrbes, operumq; laborem,
 Tot congesta manu praeruptis oppida saxis,
 Fluminaq; antiquos subter labentia muros.
 An mare, quod supra, memorem, quodque alluit infra?

ITALIÆ

Anne lacus tantos? te Lari maxime, teque
 Fructibus, & fremitu aſurgens Benace marino?
 An memorem portus, Lucrinoq; addita clauſtra,
 Atque indignatum magnis ſtridoribus æquor,
 Iulia quæ ponto longè ſonat vnda reſuſo:
 Tyrrhenusq; fretis immittitur æſtus Auernis?
 Hæc eadem argenti riuos, æriſq; metalla
 Oſtendit venis, atque auro plurima fluxit.
 Hæc genus acre virum, Marſos pubemque Sabellam
 Aſuetumq; malo Ligurem, Volſcoſq; verutos
 Extulit, hæc Decios, Marios, magnosque Camillos,
 Scipiadas duros bello, & te maxime Caſar,
 Qui nunc extremis Aſia iam Victor in oris
 Imbellem auctis Romanis arcibus Indum.
 Salue magna parens frugum, Saturnia tellus,
 Magna Virum, tibi res antiquæ laudis, & artis
 Ingreſſior, ſanctos auſus recludere fontes,
 Aſcræumq; cano Romana per oppida carmen.

ITALIÆ FIGVRA.

Figuram Italiæ Plinius, & Solinus ſimilem faciunt
 folio querno, vt longitudine ſit amplior, quàm
 latitudine, in læua ſe flectens cacumine, & Amazoni-
 cæ figura deſinens parmæ, vbi à medio excuſſu Co-
 cynthos vocatur, per ſinus lunatos duo cornua emit-
 tens: Leucopetram dextra, Lacinium ſiniſtra. Alij ve-
 rò tibiæ, vel potius integri cruri humani, à coxen-
 dice in imum pedem, effigie Italiæ pingunt; de quo
 vide Leandrum in Italia. Cœterum longitudo
 Italiæ eſt decies centenorum, & viginti millium paſ-
 ſuum; latitudo verò maxima quadringentorum decem
 millium, inter mare Superum, ac Inferum, & inter am-
 nes Varum, Arſiamque, mediæ, centum triginta ſe-
 num, circa Urbem Romam ferè, ab oſtio Aterni am-
 nis, vſque ad oſtium Tiberis, quorum ille mare inſluit
 Adriaticum, hic Tyrrhenum: minima verò non am-
 plius

LAUS, ET DIVISIO.

plus quadraginta millium, inter portum Magnæ Græciæ, quem Annibalis castra nominant, & mare Tyrrhenum. Umbilicus autem Italiæ est lacus Cutilius in agro Reatino, vt vult Plinius, & Varro. Circuitus verò, & ambitus vniuersæ Italiæ, vices quadragies nouies centena millia, in quo tamen non omnes scriptores consentiunt.

R V T I L I I C L A V D I I

N V M A T I A N I.

Italiam rerum dominam, qui cingere sisu,
Et totam pariter cernere mente velit.
Inueniet quærno similem procedere frondi:
Arctatam laterum conueniente sinus.
Millia per longum decies centena teruntur,
A Ligurum tergis ad freta Sicaniæ.
In lacum varijs damnosa anfractibus intrat
Tyrrheni rabies, Adriaciq; sali.
Quæ tamen est iuncti maris angustissima tellus
Triginta, & centum millia sola patet.
Diuersas medias mons obliquatur in vndas:
Quæ fert, atque refert Phæbus sterque diem.
Urget Dalmaticos Eoo vertice fluctus,
Carulaque occiduis frangit Etrusca iugis.
Si factum certa mundum ratione fatemur,
Consiliumque Dei machina tanta fuit.
Excubijs Latys pratexuit Apenninum,
Claustraque montanis six adenda vjs.
Inuidiam timuit natura, parumque putauit
Arctois Alpes opposuisse nimis.
Sicut Gallauit multis vitalia membris,
Nec seppal in clausis, quæ preciosa tulit.

ITA

ITALIÆ
ITALIÆ VETERIS MORES,

P. VIRGILII MARONIS.

DVrum à stirpe genus, natos ad flumina primùm
Deferimus, seuq; gelu duramas, & vndis.
Venatu inuigilant pueri, syluasque fatigant,
Flectere ludus equos, & spicula rendere cornu.
At patiens operum, paruoq; assueta iuuentus
Aut rastris terram domat, aut quatit oppida bello.
Omne euum ferro teritur, versaq; iuencum
Terga fatigamus hasta, nec tarda senectus
Debilitat vires animi, mutatque vigorem.
Caniciem galea premimus, semperq; recentes
Connectare iuuat prædas, & viuere rapto.

ITALIÆ ORIGO VETVS,
EIVSDEM QVE POPVLORVM,
& vrbium recensio.

Ex Jo. Iouiani Pontani Histor. Libro VI.

ITaliam (cui postea vniuersæ nomen est hoc indi-
tum, paulatimque prolatum finibus, imperioque
ab Ionio mari ad Alpes vsque complexum est omnia,
quæ supero, inferoque abluuntur mari) habuere ab
initio Umbri, genus hominum bellicosum, acre, impe-
rij cupidum, quique paulatim mediterraneis, ac mon-
tanis à locis digressi, mare versus Hadriaticum, fines
protulerint, ipsi reliqui, superflite sique diluioni, quæ
Deucalione regnante in Græcia, ab Ægyptijs, Græ-
ciæque ipsius scriptoribus extitisse memoratur. Qua
tempestate Atlana absorpta, insula rerum quondam
in

LAUS, ET DIVISIO.

in occasu potita, vnde etiam nomen pelago inditum, irrupente Oceano, mare hoc immissum est mediterraneu, quo tunc submersa, atq; haulta fuere cuncta, quibus nunc interiectis, Europa Africaq; inter se, atq; Asia distinguntur. Fabulosa sanè res existimata, propter Poetarum decantata admirabiliter ea de re carmina: ceterum quæ nec à natura ipsa rerum abhorreat, & Aegyptiorum consentiat historijs. Hos ante tenuerant Liburni partem eam, quæ est ad superi maris sinum. Quibus pulsus Umbri armis eam occupauere, quaq; imperium protulerunt, tractum omnem vocauere Umbria, viris post oppidifq; diuturnum ob dominatum maxime frequentem. Liburnis finitima tenere Siculi, atq; Aborigines, gens indigena, vel, vt alij volunt, ex Arcadia profecta, duce Oenotro, Lycaonis Arcadiæ regis filio, qui postea genti nomē dederit. Cuius etiam frater Peucetius oram alteram superi maris occupauerit, eaq; sit ab illo appellata Peucetia, quæ ante fuisset Iapygia. Regnum itaque nomen gentis vniuersæ ab Oenotro coepit, post quem aliquo interiecto intervallo Italus, & ipse Rex isdem est à populis dictus. Ab Italo autem, & Morges, & Siculus, qui à Morgete fratre dissentiens, dedit parentibus sibi populis nomen Siculis, perinde vt ab illo altero nominati sunt Morgetæ. Atque hæc quidem omnia multis atatibus ante obfessum Ilium. Hodie quoq; post Marforum, atque Aquilanorum fines est ager, qui Siculorum nomen seruat, mutata prima nominis litera, Cicili quippe vocatur. Nam & Sicilia insula ex illis dicta, ab illiteratis hodie hominibus Cicilia dicitur, eadem mutata litera. Est & vallis item Ciciliana, quæ Præcutinorum est in Vestinis, qui sunt inter Aternum, atque Truentum amnes, quæ regio Piceni quondam fuit: nunc verò est Aprucij. Succesit deinceps illis Latinus, belli Troiani temporibus, à quo prisca vocati Latini. Inter Siculos autem, atq; Aborigines diutius certatum quum esset, accessere Aboriginum opibus pelagij, quibus è Thesalia pulsus, ad eam quum adnauigassent oram, quæ est

proximè Padi fluminis ostia, postq̄; aliquantum temporis eiecti quum inde ab Umbris essent, Aborigines ipsi dedere eis sedes in Reatinorum finibus, eorumq̄; auxilio comixtis viribus, Siculorum res vehementius attriuere. Quibus denique attritis, Siculi relictis sedibus, grauissimos post labores, ac pericula in Trinacriã traiecere, quam occupatam, suo è nomine vocauere Siciliam. Tenuerunt autem in initio Itali, qui ab Oenotrijs sunt, Ab originibusq̄; profecti, quantum interim agri Tiberi continetur, Lyrique fluminibus: eaq̄; prisca fuit Italia, ijq̄; Italici populi. Tiberim vltra tenebant tunc Hetrusci, quos Tyrrhenos etiam dictos volunt. Hi paulatim eò potentia peruenierunt, vt Umbro- rum ipsi imperium deleuerint, omnisq̄; Italia ab exte- ris nationibus, præsertimq̄; à Græcis, ob illorum po- tentiam fuerit appellata Tyrrhenia. Supra Hetruscos tenuere Ligures, & ipsi antiqua gens, quæque ausa sit venienti in Italiam Herculi ire obuiam instructa acie. Quinetiam quorundam opinio fuit, Aborigines illo- rum aliquando fuisse colonos. Hetruscos diutius im- perantes, superatis Alpibus, Galli pepulere vniuerso ex agro, quem vltra Apenninum montem, ac secun- dum Padum fluium possederant, quorum etiam oppidum fuit Sena, quæ hodie quoque Gallica agno- minatur. Trans Lyrim verò, proximisque Lyri regio- nibus, diuersis tamen ætatibus imperitauerunt Ausonij, Opici, Osci, Hetrusci, Samnites, Campani. Ausonij quidem videntur fuisse antiquiores, quam vt ab Auso- ne Vlyssis filio nomen acceperint. Nã & partem illam terræ Brutia, quæ est ad mare Ionium, satis constat ló- gè prius vocatam Ausoniam: eamq̄; Ausones primos tenuisse, & mare ipsum Ausonium appellatum, & vt Halycarnassæo placet Dionysio, quod pòst vocatum est Tyrrhenum, ante Oenotri aduentum ab accolis mare dicebatur Ausonium. Opici verò fuere, qui & Ausonij ipsi indigene, vt Rutili, vt Volsci. At Osci Pa- di accolæ, ac pulsi ipsi, suis Opicos è sedibus pepulere: Hos dein Cumani à Chalci de deducta colonia

Hip-

I
t
e
c
n
S
n
r
p
b
t
r
r
d
p
il
q
li
ue
A
de
G
di
et
fo
m
et
pe
qu
fil
tu
G
re
A
m
ti
de
ce

LAVS, ET DIVISIO. 28

Hippocle Cumæo, & Chalcidense Megasthene ducibus. Hi quum opibus auctoritateque aucti admodum essent, subiecere sibi finitimos populos: omnem post eis agrum ademere Hetrusci, ac variante fortuna, Samnites Hetruscis. Dicti autem Samnites à nostris initio Sabelli, ipsiq; a Sabinis orti, postquam in Sabinorum nomen transiere, qui ante Oenotrij fuerant, atq; Aborigines. Ex ijs deinde agris Samnites hos eiecere Campani, quorum princeps fuit Vrbs Capua. A Samnitibus quoque profecti sunt Lucani, qui secundum eos, trans amnem Silarum, sedes sibi imperiumq; compararunt. Permultis tamen ante Lucanos ætatibus, imperitauerunt ea in regione Pelasgi, atque Oenotrij: unde insulæ duæ in Lucanorum mari sitæ, Oenotriæ appellatæ, atq; ab Oenotrijs orti Itali, Morgetæ & Siculi illis successere, inter quos diutiùs etiam bella gesta: qua è re à Græcis scriptoribus pars ea vocata est Italia. Vltimi autem Lucani à Samnitibus emissi occupare regionem, èque ducis nomine vocauere Lucaniam. A Lucanis orti Brutij, pastoralis initio gens, suisq; ab domibus digressa. Post eos quod reliquum est, tenuere Græci ad mare Ionium, diuerso tempore pluribus deductis colonijs in plaga præsertim maritima, Magna etiam Græcia olim dicta. Nec tamen defuere è Græcis scriptoribus, qui arbitrati sùnt, oram Italiæ illam vltimam, quæ Isthmo contenta peninsulam quasi quandam efficit, Italiam initio dictam ab Italo quodam, quem populares, propter sapientiæ, probitatisq; opinionem, quam ipse etiam dicendi suauitate concitasset, regem sibi constituerint. Satis tamen constat, tum Hesperiam tum Ausoniam, ante Herculis in Italiam aduentum, à Græcâ præsertim gæte vocari solitam. Hic status penè rerum in Italia fuit ante bellum Troianum, & post Æneam, atque Ascanium, Albæ regnatem: donec Romanorum res adoleuere, ipsiq; tandem Italia sunt potiti. Sed ut ad Opicos redeamus, à quibus Thucydides tradit, Siculos fuisse eiectos sedibus, quod videlicet Opicorum tunc celebre esset nomen: Phlegreum

eorū ager fuit, in quo pleriq; volunt gesta, quæ de Gigantibus memorata sunt in fabulis, ab intestinis terræ incendijs dictus. Quo in agro principes extiterē vrbes Cumæ, Puteoli (quæ Græcè est Dicæarchia) & Neapolis. Hanc igitur finitimamq; oram, quæ est ad amnem Lyrim, Vlyssis belliq; Troiani temporibus, tenebant Lætrigones, atq; Sirenes, tenuere & Cimmerij, genus hominum furtis, ac latrocinij assuetum, hique specus, quàm domos, magis incolebant, deductisque intrinsecus sub terrâ cuniculis diuersabantur. Quūq; celebre apud ipsos oraculum esset, fierentq; Auernum ad lacum sacra in Ditis patris honorē, in quibus, euocatis manibus, futura noscitantur, hac ratione multos mortales, qui ad sacra conueniebant, atque ad oraculum consulendum, deprehensos in meatibus locisque subterraneis spoliandi libidine clam obrucabāt; demum scelera eorum deprehensa, ipsi supplicio affecti: sedesq; eorum euersæ, ac penitus deletæ. Opicorum insula fuit Prochyta, fuit Ænaria: fuere & Pôtia, & Pandateria, & quæ dicta est de Sirenis vnus nomine, Parthenope, nam & ab alterius quoque sepulchro Leucosia dicta est, etiam breuis quædam insula, Pestanum contra sinum posita, &c.

ITALIÆ DIVISIO.

Multiplex traditur diuisio Italiæ: sed communissima tamen est illa, quod alia Vetus, alia Noua esse dicitur. Quarum illa à Rubicone fluuio, vsq; ad Siciliam, versus Orientem, & Austrum producitur, hæc verò ad Aquilonem, & Occasum, cis Alpes, & Padum, versus Galliam extenditur, vnde & Gallia Cisalpina, siue Togata cognominata est, quæ Lombardiæ postea nomen, à Longobardorum imperio, adeptæ est. Eaq; est duplex, quarum, quæ cis Padum est, Cispadana, quæ verò trans Padum, Transpadana appellatur.

ITALIÆ DIVISIO¹³
CATONIANA,
& Semproniana.

ITA LIA	Apennina, in qua sunt	{	Ligures	{	Montani	{	Apuani
			Vmbri				
	Cisapennina, in qua sunt	{	Sabini	{	Montani	{	Populo
			Sabelli				
			Hetrusci				
Cisapennina, in qua sunt	{	Ligures	{	Apuani	{	nij Thur	
		Lucani		Hetrusci		reni	
Transapennina, in qua est Gallia Cisalpina:	{	Picentini	{	Transpadana	{	Cispadana	
		Cumani		Togata			
Alpina, quæ Alpes continet	{	Ligurinas	{	inter Peninum,	{	Ocræque montes.	
Alpina, quæ Alpes continet	{	Pœninas,		Taurifanas, ab Ocræ, vsq;			
		Ocræque montes.		in Histriam.			
		Taurifanas, ab Ocræ, vsq;					
Alpina, quæ Alpes continet	{	in Histriam.					

¹⁴
ITINERARIII
ITALIÆ
PARS PRIMA.

Per Galliam Cisalpinam, Picenum, Etruriam, & Latium.

ITER
TRIDENTO, ET VENETIIS
MEDIOLANVM VERSVS,
& inde ROMAM.

E Steph. Pigij Hercule Prodicio.

Et Fratris Hieronym. Capugni Addition.

TRIDENTVM.



Tridentini Ciuitas in finibus Venetiæ
prouinciæ inter montes, in plani-
cie posita est: muris vallata lapi-
deis, quam ex Septétrione abluit
Athesis fluuius, ambitus milliaris
Itali. In ea vias latas, & lapidibus
structas, domos verò ita honorifi-
cas cernas, vt nouam, non veterem
Ciuitatem præse ferat. Tempa satis pulchra conspi-
cias, sed in omnibus ijs parum structuræ. Arcem ha-
bet conspicuam, vt domum auream dicas potius, &
quam possint & Imperatores, & Reges percommode
inhabitare, à Bernardo Clesio Tridentino Præside

ITALIÆ PARS I. 15

I auctam, & illustratam non multos antehac annos.
 Inluit placidè in urbem per muros ab Oriente aquæ
 riuus, super quo ædificia sericea, & molæ frumentariæ
 multæ sunt, vnde item plurimi riuuli deducuntur per
 medias vias in vsum, & publicam commoditatem.
 Super Athesim ad portam, quæ dicitur, Sancti Lauren
 tij, Pontem habet magnificum, sed ligneum, centum
 & quadraginta passuum longitudinis. Montes circum
 se habet niuibus continuè obstitos, scopulosos, inac
 cessos, præcipientes, & ita præaltos, vt dicās, cœlum
 summa montium cacumina contingere. Fauces
 habet duas, quarum altera vergit ad Septentrionem,
 altera verò ducit Veronam. Planiciem admodum
 paruum, sed ridentem, & arboribus, & vitibus mirum
 in modum confitam, quam Athesis circuit, & labit
 vndequaquæ. In ea est castrum, & arx Biseni cui
 Nobiles Tropp diu præfuerunt, & adhuc præsent,
 summa gestorum memoria, & clara sanguinis gloria
 conspicui. Promiscua habitantibus linguas, scilicet
 Theutonica, & Itala, sed Itali, omnes etiam, cum
 placet, Theutonicè loquuntur. Tridentum Germa
 norum sentina, Italarum verò refugium est, cum
 quid infortunij illis occurrit. Parum frumenti, sed
 plurimum vini persuaue habet, album, & subrubeum.
 Per æstatem cœlum temperatum est, diebus autem
 Canicularibus Sol apprimè feruens. Hyberno verò
 tempore propter niuium, & glacierum ingentes hor
 rores, vix huiusmodi regio habitari potest: neque sa
 tis sunt hominibus hypocausta ad depellenda frigo
 ra, quæ eo tempore tam magna sunt, vt non sinant
 aquas descendere in terram, sed statim venientes,
 conuertant in niues. Et quod datur miraculo, ut pu
 tati ipsius Ciuitatis per tempus aquis id omnino ca
 reant. Boves, & vaccas pro mulis, asellis, & equis
 onerarijs habent, cum eorum plaustris, tam ad res
 conuehendas facilibus, vt ad montium cacumina
 sic properent, ac si essent in planicie, à viarumque
 publicarum curatoribus, ita iuga aptata sunt, vt vsq;

ad culmen accessibile quorumcunque montium ab eisdem iri possit. Nunc demum Ciuitas ista, & opulenta, & clara effecta est propter Concilium, quod in ea fuit per plurimos annos, & nunc viget maximè. Nam hic conuenere quinque primus Cardinales Præsidentes, & legati Concilij pro Sanctissimo Domino Nostro Pio Quarto Pont. Opt. Max. Duo similiter Cardinales, Lothoringus, & Madru- tius; Patriarchæ tres, Archiepiscopi 33. Episcopi 235. Abbates 7. Ordinum Generales 7. cù Theologis 146. & vltra, sæcularibus, & regularibus, Ferdinandique Cæsaris, Regis Gallia, Hispaniarum, Portugallia, Hungaria, Boemia, Polonia, Venetiarum, Septem Gantonum Helueticorum, Bauaria, Sabaudia, Florentia, & aliorum Principum Ecclesiasticorum, Oratores.

Capitulum.

In templo S. Mariae sessiones celebrabantur a Patribus, ubi organum uerè conspicendum uisitur, in maiori ecclesia corpus sancti pueri Simeonis à Iudeis olim occisi ueneratur, & in ea quam incolunt FF. Heremitani tumulatur Hieronymus Card. Seripadus uir magni nominis, tum uitæ sanctimonia, cum litterarum peritia, & in concilio Legati. Canonici qui sunt uiri illustres uis habent eligendi suum Episcopum urbis Dominum, & Imperij Principem, quo munere successiuè functi sunt Christophorus, & Ludouicus Madrucij Cardd. multis titulis nominandi, & in præsentia illorum nepos Alithprandus id onus merito sustinet.

BASSANVM.

TRidento ab ortu solis per uallem Suganae ab antiquis Euganeam dictam ab Euganeis populis, qui eam tenuerunt, (in qua planicies lata circiter duo millia passus, longa duodeuiginti, fertilissima) longiore, sed commodiore uia Venetias itur supra eam,

ta

ta
bi
in
m
fo
qu
co
di
de
al
de
te
Se
le
in
di
pe
au
ro
re
qu
nu
ru
li
ta
m
no
ar
m
ci
fe
ic
ti
a
e
8
e

ITALIÆ PARS I. 17

tamen quinto à Tridento lapide Perganum uicus nobilis est, uiris, opibusque refertus.

In extremo vallis haud longè à Primolano fines inter Venetos, & Germanos inueniuntur. In summis montium cacuminibus, qui Primolano emminēt scala arx est Venetorum, natura loci munitissima, in qua, quia parua militum manu, Germani, si irrumperentur, prohiberi possunt, ex Bassanensibus præsidia statiuā locantur. Ab eo loco non amplius duodecimi millium interuallo Orientem versus, in medijs alpibus Feltria Vrbs nobilissima sita est. Vnde per dextram Meduaci fluminis crepidinem ad occidentem flectens, in eodem itinere, ter mille passus infra Scalam Couolum Germanorum arcem inexpugnabilem inuenies, est enim ita concinnata ab hominibus in superiori parte faxei montis præcelsi, maximèque directi viæ ad perpendicularum imminentis, cum perennis aquæ fonte, vt pedibus adiri non possit, fune autem demisso, cum lignea sedicula singuli homines rota desuper vertente attolluntur, atque omnes aliæ res eodem vno in arcem importantur modo, cui arcis, quia inter montem, flumenque via subest perangusta nullo negotio prætereuntes saxi ab ea deuolutis obrui, atque interfici possunt. Ad quintum ab ea miliare Cismonus fluuius, quo ligna quotannis permulta, & ad ædificia struenda, & ignem faciendum à Germanis, & a Feltrensibus Bassanum, Patauium, & Venetias mittuntur, & in Meduacum influens nomen amittit. Ibidem est vicus eiusdem nominis, Septimo a Bassano lapide in dextra Meduaci ripa, in radicibus montium est Vastanea vicus non solum elegans, sed propter ferrarum multitudinem, quibus ligna maiora, in tabulas secantur, & diues, & frequēs habitantibus. Propè hunc vicum in montis cliuo, rudera amplissimæ Urbis cui nomen Berentia, a qua Meduacus lingua, qua nunc vtuntur Itali Brenta appellatur, & Berentiam antea appellatam fuisse dicunt, videre est. Tertio à Bassano lapide in eadem Meduaci ripa

B est

est Campestium, quo in vico Monachorum Cassinensium Monasterium Auctoris libri Macaronicorum sepultura celebre inuisitur. Bassanum in sinistra fluminis ripa, vbi vallis illa arctissima desinit, in amoenissima planicie situm est. Ab occasu Medoaco flumine, quod supra Leuegum decem à Tridento milliaribus nascitur, & Patauium, & Venetias, non solum magnam vim lignorum, verum etiam aliarum rerum quibus opus est, ratibus vehit, alluitur, vbi ab oppidi porta pons ligneus elegantissimus, opere, & artificio preclaro ad Vicetinos pertinet, inter quem, & alpes, colles omnium rerum, quæ ad victum, quæque ad lautitias pertinent feracissimi intercedunt, inter quos, primas sibi vendicant oleæ, vinaque Falerno, & Massico comparanda, Meduacus agrum Vicetinum, Patauium, eiusque agros interscindens, in Lacunas Venetas tandem immergitur. Hoc flumen, vt iam diximus à Brentia ciuitate Brentæ nomen sortitum est, quod latinorum aliqui Brentesiam, vel Brintham nuncuparunt: Ex Tridentinis alpibus, satis perspicua, licet subuirdis fluit, nisi fluuius irrumpens Bacchi iocunde, luteo illam colore inficiat, ad piscationem non inepta, cum pisces non ignobiles prouehat, ueluti troctas, squalos, barbos, lampetras, anguillas, lucios, virides vulgi solatia tincas, caneros fluuiatiles, & alias huiusmodi quisquillias, Bassanum ab Antenore constructum, & à Bassa, quod phrygia lingua Præfectum significat (quo nomine adhuc Turcæ vtuntur) quem ibi præsidij totius regni causa collocarat, sic vocitatum, oppidum opportunitate loci, quippe quod inter Tridentum, Vicentiam, Patauium, Venetias, Taruisium, & Feltrium medium sit, & aditum ad omnes ferè orbis nationes præbeat, pulchrum, opulensque foelix etiam aliquando futurum, sitam Mineræ amicum euadet, quam Mercurio. Non alibi enim homines in quaestuarijs actibus, præsertim in lanis, concinnandis industriores quique in toreumatis, alijsve operibus nucis torno, vel coelo elaborandis magis excellent.

Quo-

Q
ci
be
ra
co
Il
nu
ria
qu
iu
fe
qu
m
in
Pe
ne
re

cu

I
di
m
bi
fe
in
æ
re
L
o
q
m
n
æ

ITALIÆ PARS I. 19

Quotannis 15. mill. librarum serici Bassanenses faciunt, & præparant, & cum illud Regni Chinæ habeant prætiosissimi inter omne aliud in vniuerso terrarum orbe concinnatum, si tamen huic Bassanensi comparetur, minus leuè, ac subtile cognoscitur esse. Illinc Carrarienses olim Patavij Domini, & Ezzelinus Tyrannus oriundi, & Patrum nostrorum memoria Lazarus Bonamicus, qui Romæ, Bononiæ, Patavijque summa cum gloria publicè docens, librisque, & iuncta, & soluta oratione editis, non modo patriam, sed Latinas, Græcasque litteras valde illustravit, quem studiosè emulatur Leonardus Bonamicus in humanitatis studio præcipuè versatus, & multiscium indubie dici potest. Et nostro tempore Iacobus a Ponte cum quattuor filijs pictores adèdè illustres, ut nominis coelebritate non Italiæ solum uniuersæ, sed remotissimis etiam nationibus innotuerint.

Bassani iurisdictioni subsunt uillæ duodecim, quæ cum illo personas circiter duodecim millia nutriunt.

M A R O S T I C A.

Bassano itidem Marosticam tribus milliariibus distantem itur, si tenderimus ad occidentem, oppidum sanè, quod nunc extat olim a Scaligeris iuxta montem extructum, muris fortissimis cinctum, duabusque arcibus munitum. Antiquitus hoc oppidum fuerat, in altero proximo monte orientem spectante, in quo hucusque extant uestigia Mario Cons. Romæ ædificatum Marosticaque, & Marosticum, quasi Marostium, seu statio, aut melius quasi Matij statio dictum. Locus aeris amœnitate, salubritate, fœcunditate, optimorum fructuum copia, priuatimque Cerasorù, quæ nomen exinde inuenerunt Marosticensiæque in multis exteris locis vocantur, ac rixis inter oppidanos nulli cedens. Fontibus optimum aquæ cum spon-
tè erumpentibus, tum artem factis abundat. Duobus

B 2 mil.

milliaribus locus distat quem Moluenam vocat, cuius sub monte lacus erumpit memorabilis Piolæ dictus, in quo idem augmentum, & decrementum aquæ quotidie fit, quod in lacubus Venetiarum obseruatur. Hunc locum antiquis Romanis fuisse satis familiare, complura latina nomina hucusque, & si corrupta incolis vsitata denotant. Duo antiquitatis signa ibi extant, quorum primum apud ædem S. Floriani est pedibus characteribus cœlatum marmore longo.

Alterius nunc effracti reliquæ tantum inclusæ muro eiusdem ædis supersunt.

*Martina Characonius, quæ venit de Gallia mansiones L.
Et commemoraret memoriam mariti sui.*

Bene quiescas dulcissimè mi marite.

Vicentinæ vrbs ditioni subest hoc oppidum.

T A R V I S I V M.

Taruisiū Vrbs miræ antiquitatis Bassano 25. mill. orientem versus abest; Osiride tertio Argiuorum Rege, qui in Italia decem regnavit annos, & a Dionysio adoptatus, & hæres Ægypti relictus fuit conditore gloriatur. Cumque post eius mortem bos quidam Ægyptijs apparuisset, Osirimque, esse putarent, adorarentque vt Deum, & Apim, quod eorum lingua bouem significat vocarent, id nominis vrbi datum est. Qua propter multis in vrbs locis, in vetustissimis picturis bos cum lemmate inspicitur, Memor quo Taurisani monentur, vt memores sint antiquitatis suæ. Alia alij de Taruisi origine narrant. Quidam a socijs Antenoris, quidam a Troianis è Paphlagonia profectis conditum; Et vt se res habeat, multis certe sæculis, ante Virginis partum. Cum Patauius, & Altino mutua imperij æmulatione certavit. Et quamuis velut insula, multis aquis circundata ab hostilibus irruptionibus tutum foret, tamen, vt hostes etiam procul appropinquantes videri, & obuiam in-
faci-

fa
te
qu
ri
in
ch
tu
ap
be
gu
te
ru
re
C
se
C
ti
D
se
c
p
e
fi
b
d
i
f
J
h
t
e
r
e
s
i

ITALIÆ PARS I. 21

facilius posset, turres multæ erectæ, de quibus pugnan-
 tes hostes rejiciebant, & quod intrepidis rebus tan-
 quam in arces confugiebant. Iccirco diu Vrbs Tur-
 rium appellata, nigraque Turres tribus cum pinnis
 in albo scuto pro insignibus habuit. Hac in Vrbe,
 ut omnium nobilissima Longobardi sedem Mar-
 chionatus, quod eorum lingua perpetuum magistra-
 tum significat posuerunt. Hinc tota regio Marchia
 appellata, in qua olim sex, nunc quattuor insignes vr-
 bes Municipia nobilia multa, & Castella non exi-
 gua. Ab oriente ad occidentem ad 40. mill. pass. ex-
 tenditur, a meridie ad Septentrionem ad L. Hunno-
 rum deinde, Longobardorum, Hungarorum, Scalige-
 rorum, & Carrariensium paruit imperio, & anno à
 Christo nato 1388. Venetis se dedit, quibus postea
 semper ad eò fidelem operam præstitit, ut anno 1508.
 Cameracensi fœdere percusso, nihil in cõntræ Venetis
 relinqui factum sit præter Taurisium, & Patauium.
 D. Prosdócimo a Principe Apòs. millo authore, & sua-
 fore sese religioni Christianæ addixit. Petro Romæ
 cruci affixo Taurisani eius nomini primarium tem-
 plum dicarunt, & relictis turris nigrae insignibus, cru-
 cem albam in scuto purpureo cum duabus stellis
 sumpserunt. Et anno 1318. Taurisij gymnasium pu-
 blicum fuit, quod floruit, imperantibus Venetis, quan-
 do Patauij institutum fuit. Silis fluuius Taurisium
 interfluit. Multi iugis aquæ præterea intus, & extra
 fontes, ab oriente Anaxum flumen latissimum habet.
 Tota regio omnibus rebus supra quam cuique credi-
 bile est, abundans, gammaris verò, & vitulis ad eò lau-
 tis, ut nihil supra. Ædificia ampla, & magnifica, tãta-
 que virorum nobilitas, ut olim ex ea 58. reguli nume-
 rantur. Ager pulcherrimus, & feracissimus plani-
 cie collibus admixta Æstuaria Venetiarum versus ad
 octauum milliarium Altinum ab Antenore cõditum,
 & ab Attila euersum, inter Taurisium, & Patauium
 Nouale est oppidum oppulentum. In collibus ad
 Septentrionem est Asulum Romanorum Colonia.

22 ITINERARI

& Cyprinorum Reginae olim deliciae, quae quarto ab eo lapide, & in spatiosa planitie castellum muris undique 13. passibus ductis, ubi fontium, & piscinarum oblectamenta multa condidit. Infra Bassanum decem mill. Castrum Francum situm est, a Taurisanis anno 1199. conditum. Orientem versus inter Anaxum, & Liuentiam Coneglanum partim in amœno colle, partim in planitie conditum, quae meridiem versus extenditur feracissima. A Septentrione usque ad alpes pulcherrimi colles, ex quibus fontes undique scaturientes, feracitatem olei, uini, omnigenaeque fructuum valde adiuuant, aucupium ad haec, & ferarum venatio multa. Est Coneglanum, magnificis aedificijs ornatum, caelo clementissimo populo vero adeo numeroso, ut merito a Germanis Cuniclam, idest regalis habitatio nuncupetur. Hic primus magistratus Venetorum incontinenti fuit. Ad orientem est Collaltum, Naruesium, & Castrum Sancti Saluatoris castella ditionis nobilissimae familiae Collaltorum Comitum, Tum Opitergium, quo Romanorum tempore Adriaticum mare porrigebatur, qua de causa Opitergini classem instructam habuere. Vicina est Motta, cuius origo ignoratur, Cardinalis, omnium doctissimi, & clarissimi Aleandri patria, & Amaltheorum ingenij gloria cum antiquitate certantium. Taurisio via spatiosa, & amenissima 10. mill. Mestre oppidum lacunis vicinum peruenitur. Inde Marghera secundo a Mestre lapide, ubi cymbulis per lacunas 7. milliaribus itur.

V E N E T I A E.

Schott. Vectus per liquidas Urbis plateas, Videbis magnificentissima aedificia marmoreis parietibus, columnis, statuis, atque picturis pulcherrimis ubique splendidis; nobilium familiarum, & Principum Senatorum palatia, diuitijs, ornamentisque omnibus affatim instructa. Videas in Palatio Grimani,

ITALIÆ PARS I.

23

mani, olim Patriarchæ Aquileiensis, plurimorum
 Cæsarum, Heroumque veterum pulcherrimas sta-
 tuas, & effigies ex ære, & marmore Pario plurimas;
 deorum item simulachra, & signa varia, non minoris
 artificij, quàm precij, Ioues, Bacchos, Pallades, Vene-
 res, Mercurios ex ære Corinthio, Fortunas, Genios, ac
 Cupidines, idolaq; preciosis è metallis celata. Quarū
 rerū antiquissimarū excellētem copiam partim Mari-
 nus Grimanus Card. ac eius patruus, ingeniorum sui
 sæculi Mæcenas alter; partim ipse ex diuersis Græciæ,
 atq; Italię locis sibi compararunt. Multa ex florētissi-
 mæ quondam Romanorū Colonia Aquileiæ ruinis,
 quā barbarus Hunnorum Rex Athyla funditus dele-
 uerat, sunt effossa, atq; eò translata per dictos Grima-
 nos Patriarchas antecessores. Inter quæ reperias in
 propyleo Palatij plura statuarum puluinnaria marmo-
 rea elegantissimè cum suis titulis exsculpta, atque
 etiam deorū aras votiuas, è quibus iuuabit in primis
 enotare vota priscorū *Beleo* deo facta, quadratis aris
 inscripta; quem Aquileienses olim summa cum vene-
 ratione tanquam tutelare numen urbis coluisse, apud
 Herodianum, & Iuliū Capitolinū legitur. Hic enim
 ubi Aquileiam à Maximino Cæsare obsessam, ac fru-
 stra oppugnatam refert, ait eius legatos in urbem
 non admissos fuisse; *Menophilo, & Crispino consularibus*
viris auctoribus, eò quod scirent deum Belemum per aruspice-
tes spondisse, Maximinum esse vincendum. Vnde etiam
postea Maximini occisi milites iactasse dicuntur, Apollinem
contra se pugnassee; nec illam Maximini, aut Senatus, sed deo-
rum esse victoriam. Nec discrepat Herodiani historia,
 qui libro octauo de eadem re in hunc ferè modum
 scribit. *Crispinus ad bellum audacter sustinendum aru-*
spicum etiam responso, qui lata nunctabant, dicebatur ani-
matu. Nonnulla quoque oracula ferebantur patrj cuius-
dam numinis victoriam promittentia. Belemum deum So-
canti indigena, magnaq; cum religione colunt, Apollinena
interpretantes; cuius quoque speciem pro vrbe ipsa pugnan-
tem sibi visam in celo quidam e Maximini militibus affir-
mauunt.

B 4

wabant.

mabant. At in Herodiani exemplaribus perperam
vocari *Belem*, adducor ut existimem, quod Iulio Ca-
pitolino ararum dictarum tituli votiui summa fide
digni astipulentur, & *Belemum*, vel *Belinum* ap-
pellent. Eos autem titulos studiosorum antiquæ hi-
storix in gratiam hic adijcere non pigebit, quos af-
firmare merito poteris, singulis aureis chariores
singulos te habere.

*In ara marmorea qua-
drata.*

Beleno.
Manfuetius
Verus
Laur. Lau.
Et. Vibiana
Iantulla
V. S.

*Rursus in alia oblon-
ga.*

Apollini
Beleno. Aug.
In Honorem
C. Petti. C. F. Pal.
Philtati. Eq. P.
Præf. Æd. Pot.
Præf. Et. Patron.
Collegiorum
Fabr. Et. Cent.

Diocles. Lib.
Donum. Dedit
L. D. D. D.

In alia.

Belino. Aug.
Sacrum
Voto. Suscepto
Pro. Aquillio
C. F. Pomp. Valente
III. V. I. D. Desig.
Phœbus. Lib.
V. S. L. M.

In alia.

Beleno
Aug. Sacr.
L. Cornelius
L. Fil. Vell.
Secundinus
Aquil.

Euoc.

ITALIÆ PARS I. 25

Euoc. Aug. N.	
Quod. In. Urb.	<i>Item in alia.</i>
Donum. Vou.	
Aquil.	Belino
Perlatum	Sex
Libens. Posuit	Gæfernius
L. D. D. D.	Faustus
<i>In alia.</i>	IIII I. Vir.
	V. S. L. M.
Belen. Aug.	
In. Memor.	<i>Ibidem in alia paucis</i>
Iulior.	<i>litteris.</i>
Marcell. Et	
Marcellæ. Et	Fonti. B.
In. Honorem	
Iuliarum	<i>In alia tribus lateribus</i>
Charites. Et	<i>inscripta.</i>
Marcellæ. Filiar.	
Et. Licin. Macron.	VI. Diuinæ
Iunior. Nepotis	Sacrum
C. Iul. Agathopus	C. Vettius. C. F.
IIII I. Vir. Aquil.	Gauolus.
L. D. D. D.	

Has aras Aquileia ex fano *Beleni* translatas esse
Patriarcha Grimanus affirmat.

Quædam alia magnifica urbis ædificia visenda,
non adeo procul distita.

Inter hæc eminent Palatij Ducis Venetorum loca *Сармг.*
opibus, & asiatico luxu referta, cuius fundamenta
Angelo Participato Duce anno 809. iacta fuerunt.

Et cum quinquies, aut totum, aut pars incendio perdidit, semper elegantius instauratum est. Eius forma tetragona omnino non est, excedente paululum longitudine. Est illi à Septentrione Templum D. Marci, ab Oriente canalis, a meridie mare, & ab Occidente platea. A porta igitur prima palatij, ad armamentarium, ubi est angulus, & inde ad angulum, qui ad pontem paleę pertinet meridiem versus sunt fornices 36. quorum quisque pedes decem latus, qui columnis 37. quasi 300. pedes efficiunt, quę columnę bases non habent, sed epistylia. Duo frontispicia erustis rubri, & candidi marmoris quadratis intacta videntur, ad quorum media moenianum cum columnis 73. & fornicibus 72. pyramidatis. Recensent frontispicium ad Orientem Istriano marmore elaboratum, ad Septentrionem cum D. Marci templo coniungitur. Palatij fastigium antea plumbeis tegulis, postea propter incendium anni 1574. æreis tectum fuit, & singulis quattuor frontispicijs singulę portę. Primaria contigua est templo, marmorea, tota pyramidata, & plateam spectat, cum quattuor imaginibus, alato Leone, & Duce Fuscaro ex cãdido marmore exculpto. Intus a dextro latere spatiosa est cohors in medio puteos habens duos imaginibus æneis, & pampynis, & corymbis ornatos, & in calce ostium, quo itur ad mare. Tectas præterea statim in principio ad sinistram partem scalas Fuscaras vocant, quas ascendentes palatium totum per perystilia quædam circumdare possunt. Intima frontispicia plateam, & mare versus externis non dissimilia, nisi quod in parte infima parietis, columnis, & fornicibus carent, quibus tamen abundant in medio. Facies ad Orientem in imo, arcus 36. & columnas Istrianas totidem super quas ambulacrum habet, arcubus 54. & columnis 55. ornatum. Ad fastigium solida extollitur, cum fenestris, coronis, corymbis, ornamentoq; multiplici lapide Istriano. Iuxta primarium palatij ostium primarię scalę sunt ad Septentrionem ubi

Prin-

ITALIÆ PARS I. 27

Principis habitatio. Has scalas inferius Colossi duo Martis scilicet, & Neptuni exornant, superius itidem duo Adami, & Euxæ iustæ magnitudinis 16. sunt scalæ secretiores, quattuor verò principem locum tenent. Fuscaræ plumbeis laminis tectæ mirabiles. Ambulacrum inferius canalem versus, vtrinque scalas, quibus ad peristylum illud magnificentissimum ascenditur. Contra primarias scalas memoria Henrici III. Gallorum Regis litteris inaurato marmore incisus apparet. In peristylis est hypætra vice horti cum lapidario, & tribunalibus multis. A meridie Orientem versus, scalæ sitæ sunt illæ lautissimæ, quæ sinistrorsum ad Principis cubicula, dextrorsum ad Collegium ducunt. Hæc omnia, & quoque vertis oculos, auro, tignis, tabulis regali luxu splendida, Collegium spectat ad orientem solem super contignationem, ubi habitat Princeps, cum lacunari deaurato, mirabili artificio, picturis, & historijs ad stuporem usque referto. In huius loci capite, solium est Principis, Venetiæque, quæ sub coronata Reginae imagine Ducem coronant. Hic Princeps cum Consiliarijs, res civiles tractat, & Legationes cum suarum civitatum, tum externorum Principum audit. Apud Collegium, est amplus, & spatiosus Senatus in cuius parietibus regiones Imperio Veneto incontinenti subiectæ pictæ sunt. Hic & Imperatorum Undecim, statuae pulcherrimæ operis antiqui, & corpus ipsum Reipublicæ frequens de rebus magnis consultat. Cum ex his locis discesseris, & ad mare contenderis meridiem versus formidabilia Decem Virum tribunalia inuenies, ubi pariter regalia omnia.

Hinc peruenies ad magna comitia, & concilium publicum, quod in atrio magno, & spatioso ibidem haberi solet. Utque cognoscas rationes suffragiorum, quibus inter patricos creantur magistratus, & dispensantur Reipublicæ beneficia, apud ducem vtrinque in lateribus sedent primores magistratum, decem viri, præcognitores, quos Sapientes magnos

Schot.

appellant, & qui Duci à consilijs sunt, reliqua patriciorum multitudo in subsellijs per totum atrij spacium. *Consilium magnum* vocant hæc comitia, ad quæ nemo admittitur, nisi genere patricius, & qui ætatis annum 25. excesserit. Taciti inest suffragia cum calculis, seu globulis argenteis, quos discurrentes per subsellia distributores singulis diuidunt, alij deinde collectores in vasculis ligneis vno ore angusto, quo manus inseri potest, & inferius in binos loculos diuisis colligunt. Quo fit, vt ipsi ignorent collectores, an in dextrum, vel sinistrum loculum ponat calculum suum, & an probet, vel improbet magistratum creandum suffragator. De hac verò comitiorum ratione cum alij plures doctè, & accuratè scripserint, ne nimis longi hinc simus, studiosum eius cognitionis lectorem ad illos remitto, qui *de Repub. Veneta* ex professo scripserunt. Latius enim omnia hic repetere, minus operæ precium uidetur.

Capitulum. In latitudine habet pedes 73. & in longitudine 150. & suum agnouit initium anno 1309. Hoc in loco à clariss. quibusque pictoribus uictoriæ Reipub. ex ordine, Principes, Senatores alijs virtute præstantes, & Italiæ uiri, qui ingenij, doctrinæque fama claruerunt pinguntur. Sed, cum hæc omnia anno 1577. incendio perijissent, hoc tempore ab excellentissimis pictoribus pulcherrimis, eiusdemque omnibus magnitudinis tabulis historias duas continentibus Federici scilicet, & Alexandri III. Pont. Max. Bizantijsque Veneto Imperio subiecti instauratur. Laquearia cælum pulchritudine imitantur. In ipso primo Comitio Orientem versus solium est Principis, & super illud in pariete Paradisus à Tinctoreto depictus, qui totam faciem illam implet, & quem antea pinxerat Guarientus. In extremo Comitio contra Principis solium in hemicyclo marmoreo quattuor circumdata Angelis Deiparæ Virginis, vlnis paruum filium fouentis stat imago. Fenestrarum, aliæ in cohortem, aliæ in mare prospectum habent.

Hic

lat
ac
nis
ler
lea
gl
en
ce
to
lo

fo
im
mi
tri
iu
seD
qu
co
co
m
re
ta
fa
ne
in
bi
ci
te
te
L
re
te
i

ITALIÆ PARS I. 29

Hic celebratur magna porticus armamentarij Pa- *Schol.*
latini, quæ nisi magnis principibus aduenis aperiri,
ac ostendi solet. Est autem telorum, ac armorum om-
nis generis ornatissimorū copia plenum, atque opu-
lencia summa mirabile. Videns tot thoraces, ga-
leas, scuta, cassides, ocreas, clypeos, item baltheos,
gladios, hastas, lanceas, multipliciaque tela picturis
encausticis, auro, argēto, gēmisq; splēdida, & insigni
cēlatura decora, non gregariorum militū, sed Impera-
torum, Ducum, & Præfectorum cēturias aliquot ex il-
lo armamētario istruī dignē. & armari posse, dixeris.

In quattuor atria spatiosissima diuisum est, cedrinis. *Capug.*
foribus adoratissimis, ex monte Libano, usque magnis
impendijs aduectis. Quod si ab extrema magni Co-
mitij parte Templum uersus egredieris Scrutinij a-
trium, multis, & uarijs picturis, præsertimque extremi
iudicij Tinctoreti ornatum offendes primum, deinde
scalas ipsas Fuscaras.

Hinc descenditur in forum, ubi uidetur augustum *Schol.*
Diui Marci templum sumptu, & artificio mirabile,
quod quidem amplissimum, ac ex marmore nobili
constructum est. Pauimentum ex porphyreticis, La-
conicis, Thasijs, Ophiticis, aliorumque preciosorum
marmorum lapillis tessellatum, ac varietate colorum
resplendens picturas egregias, & insignia emblema-
ta repræsentat vbique spectantium oculis, quæ curio-
sa ingenia diuersis coniecturis exercent. Inter quæ
nonnulla dicuntur esse Ioachimi Abbatis Sanflorij
inuenta, vaticinijs olim ante aliquot sæcula clari, qui-
bus rerum Italicarum mutationes quasdam prænun-
ciatas fuisse volunt quidam. Quemadmodum in-
terpretantur duos cristatos gallos vulpem dilaniantes
significasse duorum Regum Galliaë victorias de
Ludouico Sfortia Mediolanensi Principe. Præte-
rea per leones opimos, & pingues ex aquis prodeun-
tes, rursus per alios macilentos in terra procumben-
tes, ipsum significasse tradunt Venetæ Reipub. (cuius
insignē Leo Euangelistæ est) fatum, atque conditio-
nem;

nem: Maritimis videlicet commercijs opulentam, bellisque naualibus potentem, ac felicem: è contra relicto mari, ad continentis dominatum, terrestresque expeditiones conuersam, infelicem, ac imbecillem mox futuram. Parietes templi, seu basilicæ marmoreis tabulis varietate colorum pulcherrimis sunt incrustati. Ad læuam duæ albæ coniunctæ sunt ex vno trabe marmoris sectæ, in quarum commissuralineis nigricantibus natura ludibunda tanto artificio viri effigiem expressit, vt omnibus indutriosè depicta videatur, & eius tanquam miraculi mentionem fecerit Albertus Magnus in suis Meteoris. Testudinem templi sculpturis, atque picturis ornatam sustinent triginta sex solidæ columnæ ex vario marmore, & plures ex Phrygio pulcherrimæ, crassæ per diametrum pedes duos. Tectum quinque hemispherijs plumbo vestitis constat. Frons autem, qua parte ex foro quinis ærejs portis patet aditus in templum, a solo ad fastigium vsque Græcanico opere cum emblematis inaurata est, crebræque per ordines eminent Diuorum statuæ ex marmore perinsignes. In huius frontis supercilio, supra mediam portam maiorem miræ venustatis quattuor equi ex ære Corinthio inaurati vnus quadrigæ antiquæ iusta staturæ, ac magnitudine viuorum equorum exornant ingressum.

Capug. Eos fuderunt Romani quo tempore Hiero de Parthis triumphauit, & in eius arcu posuerunt. Constantinusque postea Byzantium transtulit, Veneti Byzantio potiti Venetias ad ornatum frontispicij ipsius Templi D. Marci deportarunt. Ostium adyti annis 20. constructum imaginibus æneis, & marmoreis mouet admirationem. Ante principem portam Templi inter agniporti ostia lapis magnus rubeus quadratus est, in quo æris quadrata itidem lamina infixæ folijs vestita, in qua Alexand. Tertius, Federici Imperatoris collo pedem impoluit, vbi propterea litteræ incisæ leguntur. Super aspidem, & basiliscum

am-

am
Di
ris
turin
qu
di
cta
ta
fic
pr
no
do
ex
qu
qu
ste
C
lu
ru
ne
D
pr
dS
m
v
F
C
n
i
u
g
f

ITALIÆ PARS I. 31

ambulabis. In Templi ingressu oculos tolle, & Diui Marci effigiem omnium elegantissimam operis vermiculati, quæ sublatis manibus cœlum intuetur contemplare.

Ascenditur etiam per gradus aliquot marmoreos *Schol.* in summi delubri penetralia, *Chorum* nunc vocant, quod ibi sacerdotum multitudo canentium, dum res diuinæ peraguntur, conueniat, & imprimis hic spectanda aræ maioris tabula Constantinopolitani delata olim, & ex auro puro argentoque fabricata, ac artificiosa figurarum cœlatura, multisque inestimabilis precij gemmis, & margaritis exornata, quam nemo non vehementer admiratur. Aram istam tegit testudo quaqua versum in crucem fornicata, atque tota ex marmore ophitico pulcherrimo Tiberiano fulcita quaternis columnis ex Pario marmore, quæ circumquaque signis cœlata veteris, ac noui testamenti historias repræsentant. Post aram, apud sacratissimi Corporis Christi ædiculam quattuor nobilissimæ columnæ ex alabastrite vitri ferè instar perlucidæ mirum in modum resplendent, multæ in hoc Templo uenerantur Sanctorum Reliquiæ, inter quas est Corpus D. Euangelistæ Marci, & Euangelium sua manu scriptum. Hæc, aliaque rara ad lubitum in templo considerantur.

In Sacrario, D. Marci thesaurus custoditur, quod ingredi datur è dextra basilicæ parte per portam sublimem opere tessellato elaboratam auro coloribusque, uisunturque ibidem effigies Diuorum Dominici, atque Francisci, quas fama est, Ioachimum Abbatem prædictum, multis annis, antequam hi sancti viri in terris nascerentur, in eo opere effingi curauisse. aperitur deinde thesaurus ingens, stupendæque prorsus opes diuitiarum, atque ostenduntur diuorum imprimis imagines, coronæ ex auro plurimæ, atque capita cum peccatoribus humanæ magnitudinis ex auro, item puro fabrefacta, gemmis margaritis preciosissimis exornata. Visuntur carbunculi, adamantes, smaragdi, topa-

ziz, chrysolithi, hyacinthi, ac vniones miræ magnitudinis, ac precij incredibilis. Item cochleæ, cymbæ, pateræ, ac vasa patoria, ex onyche, iaspide, & achate, multiplicia. Monstrantur donaria magnorum Principum excellentissima, monocerotum duo cornua procera, & vnum breuius; pyropus, seu carbunculus ingens à Dominico Grimano Cardinale thesauro huic illatus, item vrceus ex preciosissimis gemmis, quem olim Vscassanes Persarum Rex Venetis dono misit. Spectatur etiam mythra solemnis, quæ noui Ducis capiti, cum inauguratur, solet imponi, quamque festis maioribus in publicum prodiens gestat. Est autem valde conspicua limbis, & clauis aureis, gemmisque nobilissimis plena, habens in apice precij inæstimabilis carbunculum. Quid referam sine numero videndos ex auro, argentoque cœlato calices, cantharos, thuribula, candelabra, guttos, ac pelues, aliaque vasa rei Diuinæ in vltum pulcherrimè fabricata? Longum esset enumerare singula, Poetæ igitur non indocti verbis finem, his imponere satius erit;

Innumeros calices hic, aurea vasaq; cernes

Apta ministerijs, vsibus apta pijs.

Ac plures chlamydes gemmis auroq; rigentes,

Quam quot luciferos integer annus habet.

Mollia prætereo, quæ Seres vellera quondam

Nese, sed Ausonides iam didicere nurus.

Nec refero tinctas concha Sydonide vestes,

Nemo sacerdotum quas numerare potest.

Caput. Anno 829. huic Templo initium fuit, Athenis ex totaque Græcia columnis, petrisque comportatis, structura ipsa à Græcis sumpta, forma a Cruce Saluatoris nostri Totius ædificij columnæ plusquam D. numerantur, atria 16. & quaquaque parte ad illud te conferas, in angiportum incidis concameratum operis musici, pa uimento scrupis discoloribus tessalato.

Iux

ITALIÆ PARS I. 33

Juxtà basilicam S. Marci ex quadrato lapide ex-
 structa est turris æquilatera, quæqua versum lata pe-
 des ampliùs quadraginta, non basilicæ contigua, sed
 interuallo pedum 80. separata. Eius fundamenta
 subterranea pluris, quàm turris ipsam à solo constiti-
 se, Sabellicus auctor est. Sublime fastigium tegulis
 æneis inauratis rectum est, quod sole splendente,
 quàm longissimè ab Istria, Liburniaque nauigantibus
 conspicitur. Ascenditur per scalas lapideas conca-
 meratas, quæ per interiores turris parietes cochlea-
 rim circumambiendo exurgunt sensim ad cacumen
 vsque. Pulcherrimus est è turre summa vnde quaque
 prospectus, primùm in urbem ipsam ex multis insu-
 lis conflata, & pontibus magna ex parte cõnexa.
 Monstrantur hic sex vrbis regiones, vici, fora, templa,
 coenobia, & alia ædificia publica insignia. Item
 insulæ exiguæ circum urbem in ipso stagno sparsim
 iacentes 60. quæ monasterijs, templis, ædificijs, ac
 hortis pulcherrimis excultæ sunt. In nonnullis etiam
 oppida quædam, & Colonia vetustæ Aquileiensem,
 Vicentinorum, Opiterginorum, Concordiensem,
 Atestinorum, Altinatum, aliorumque vicinorum po-
 pulorum, qui Hunniacis temporibus sæuiente per Ita-
 liam Athyla, in hæc æstuaria veluti in loca tuta com-
 migrarunt. Apparet a fronte littus incuruum instar
 arcus, per 35. circiter millia pelagus Hadriaticum ex-
 cludens, & beneficio naturæ stagnis præstructum ad
 tutelam vrbis, atque tot insularum contra fluctus, &
 furibundi maris violentiam: Ostijs quinque tamen
 exiguis interruptum est, quæ paruis nauigijs, ac aquis
 marinis viam, ac aditum in stagna præbent. Visuntur
 portus profundissimi, Clodianus, ac Medoacus, castel-
 lis, & propugnaculis ita muniti, vt classes ingentes,
 cum volunt, excludant facilè. Carnorum Alpes, &
 Istriæ promontoria, à dextris Apennini, ante iuga
 Galliæ Cisalpinæ plana fructifera, Euganei que col-
 les nobilissimi cum Athesis, & Eridani ostijs. Deni-
 que

que à tergo rursus Noricorum, ac Rhetorum Alpes
niuosæ.

Capug. Huius turris fundamenta iacta fuerunt anno 883.
quæ cum tota ferè incendio conflagrasset, restituta
fuit, & ad fastigium vsque inaurata, vbi anno 1517.
positus fuit ligneus Angelus, deaurato cre incrustatus
eo gestu, vt populum manu benedicere videatur, qui
in ferreo cardine spirantibus ventis circumuoluitur.
Hæc turris vndique 162. pedes dilatatur, altitudine
vsque ad prima tabulata est pedum 164. hinc ad An-
gelum, pedum 152. a campanis verò, ad ipsum Ange-
lum, columnis, & leonibus marmoreis, & æreis, &
pulcherrimis moenianis exornata est, & scalas habet
ascensu facillimas. Propè turrim contra palatij fores
porticula est affabre, & antiquo artificio facta operis,
Coiinthiaci, emblematis, & hieroglyficis multis or-
nata, quò, cum Comitia magna habentur, conueniunt
Procuratores.

Scht. Mox videas celeberrimum Diui Marci forum, sum-
ptuosis ædificijs vndique clausum, a fronte mirabili
illa basilica D. Marei, & è regione D. Geminiani æde
marmorea, latera exornant magnificæ palatiorum
structuræ cum splendidis porticibus, & mercatorum,
artificumque varijs tabernis. Videas ibi diuersissi-
mos hominum amictus, audias varias linguas in tan-
to multiplicium nationum concursu, vti orbis, non vrbis
esse forum quispiam non ineptè diceret. Itaq; Ger-
mano cuidam poetæ attonito elegantes istos versus
extrudit eius fori admiratio:

*Si placeat varios hominum cognoscere cultus,
Arca longa patet sancto contermina Marco,
Celsus vbi Adriacas Venetus Leo despicit vndas.
Hic circum gentes cunctis è partibus orbis
Aethiopas, Turcos, Sclanos, Arabesq; Syrosq;
Inueniesq; Cypri, Creta, Macedumq; colonos,
Innumerosq; alios varia regione profectos.*

Sape

ITALIÆ PARS I. 35

*Sæpe etiam nec visa prius, nec cognita cernes.
Quæ si cuncta velim tenui describere versu,
Hic omnes vitius nautas, celesesq; phaselos,
Et simul Adriaci pisces numerabo profundi.*

In capite fori, quod littus maris spectat, monstrantur ex solido marinore Phrygio binæ columnæ peritgentes, ex Constantinopoli aduectæ, è mari venientibus nautis a longè conspicuæ, in quarum vna D. Marci Venetorum, alati nempe leonis, insignia inaurata visuntur, in altera D. Theodori statua inaurata posita est. In ipso intercolumnio de noxijs condemnatis supplicia sumuntur. Allatas simul tres eiusdem magnitudinis ferunt onerarijs nauibus è Græcia Sebastiano Cianio Duce, ante annos quadringentos, earumque vnam vi ponderis, dum è nauibus extraherentur in terram, ruptis architectorum instrumentis, in aquas decidisse, & in fundo adhuc cerni posse tradit: alias duas ad caput fori Marciani, vbi nunc conspiciuntur, modico interuallo erectas fuisse ingenio Nicolai Beratterij Longobardi architecti, validis rudentibus nouis è sublimi demissis, & aqua madefactis. Qui dum sese contraherent, & pondus vi sua sensim subleuarent; alios siccos breuiore semper spacio subiectos, & aquis item irrigatos fuisse: eoque modo paucis diebus opus continuando, moles illas ipsum erexisse dicunt. Addunt, non aliud architectum industria præmium postulasse a Republica, quam vt aleatoribus in eo intercolumnio ludendi impunè libertas semper esset. An verum sit, ignoro, fama in medio, & fides penes lectorem libera maneat, hoc cõstat quidem, scholam nebulonum aleatoriã sub ijs columnis assiduam, & frequentem uideri.

Platea hæc quamuis vna sit, quattuor tamen esse *Caput* videntur. Vna mare versus, iuxta palatium, secunda inter palatium, & bibliothecam, quæ a columnis ad horologium est lógitudine pedum D. Tertia à D. Marci, ad D. Geminiani, & à dextro latere, ædificia magni-

gnificentissima habet, visendæ symmetriæ, tribus con-
 tignationibus, columnis structilibus, & solidis ful-
 cientibus, ex histriano marmore. Quarta a templi
 latere, vsque ad Canonicorum ædes, pedes 470. exten-
 ditur in longitudinem, in latitudinem uero 120. Ab
 alia parte, ædificia lautissima, architectura mirabili
 surgere incipiunt. E regione D. Marci vexilla tria,
 in tribus altissimis pinis alligata conspiciuntur, quæ
 in basibus æreis imaginibus cœlatis infixæ sunt, hie-
 roglyficum libertatis. Secunda platea incipit à co-
 lumnis quas diximus, & ad horologij portam, qua ex
 mercimoniorum mercato in plateam itur, termina-
 tur. Porta crustis marmoris pretiosissimi opera.
 Horologium Zodiacum, cum signis cœlestibus auro
 ætis, & solem, & lunam singulis mensibus ipsa signa
 ingredientiæ, & statuas æreas omnia mathematica ra-
 tione, & arte composita habet. Ab vna parte pala-
 tium, ab alia ærarium est viuo lapide, lateribus, ferro-
 que, ita ædificatum, vt ne tantillum quidem ligni ad-
 mixtum sit. Tum signati auri carcer totus ex mar-
 more, cui Bibliotheca, quæ initium habuit a Petrar-
 cha, qui Senatui bibliothecæ suæ hæredem fecit, &
 à Bessarione postea Niceno, Aleandro, & Grimano
 Cardd. id genus liberalitatis æmulantibus auctor fue-
 rat, adiuncta. Hæc tria loca, ab ædificio pulcherri-
 mo (quod ad turrim producit) cœlantur, cuius
 frontispicium, tot columnas, tæniæ, acroteria, podia,
 proiecturas, Atlantes, & Caryatides habet, eoque or-
 dine, & artificio dispositas, vt hoc in genere, nihil sit
 ei in Europa comparandum. Hoc 16. arcibus plasti-
 ce elaboratis, singulis columnis pede 8. distantibus
 inuisitur. Superius fenestræ 16. sunt quaternis vtrin-
 que columnis, quibus imminet orbes item 16. In co-
 rona ædificij eminentissima 25. statuæ ad iustam homi-
 nis magnitudinem erectæ sunt, erigenturque aliæ 5.
 Hæc omnia structura Dorica, & Ionica, ad antiquo-
 rum normam facta elegantissimè. Sed nihil æque
 mouet oculos, atque delectat, ac angulus ille plateam

ITALIÆ PARS I. 37

versus, qui longè superat omnem antiquorum Doricam ædificandi inuentionem. Atque idem opus ad D. Geminiani, indeque ad turrim horarum perducitur. Silentio prætereo multa gratij, procuratiæ, & bibliothecæ memoratù digna, breuiarium enim mihi propositum est scribere, non historiam. Dicant tamen, plateam hanc totam licet lateribus stratam, adeò superbam esse, vt Petrarcha in quarto suarum Senilium, epistola quarta, ita scribat. Vterque (inquit) ludus in platea illa, cui nescio, an terrarum orbis pacem habeat.

Naugio proficisci licet Muranum, ad videndum *Schof.* officinas vitriarias. Quæ insula distat ab vrbe passus plus minus mille. Eam verò tradunt Altinates, & Opiterginos Hunnicis temporibus primùm occupasse. Nunc autem vrbis in formam exculpta est, ciuili populo frequens, atque templis pluribus, ædificiorumque splendore nitens. Hortorum denique cultissimorum amoenitate vrbi cuius neuitquam cedit.

In D. Petri Martyris cœnobio Prædicatorum, luculenter ædificato, eius templi picturas elegantes, bibliothecam præclaram, voluminibus multis refertam perlustra; atque etiam hortos sumptuosos nobilium Venetorum artificiosis fontium scaturiginibus elaboratas, & excellentium, rarorumq; fructuum plantis varijs plenos.

Intra deinde insignium vitrariorum tabernas, vbi videas qua ratione candentem materiam è fornacibus depromptam, ferreis fistulis adhærentem, artifices, vel vno, vel altero statu in calices, pateras, aut in quam velint poculi formam magnitudinèue miram dexteritate confestim reducant. Varietate profectò, tum artificio, ac materia exquisita, exuperant hæc Muranensia, quàm longissimè cætera totius orbis vasa vitrea, atque imitantur, tam claritate perspicua, quàm splendore crystallum naturale, vt meritò *crystalina* vocentur. Artifices etiam indies ornamenta

noua, rationesque ad antiquitatis imitationem variè figurandi præstantiores excogitant, colores quoscunque mirabili industria reddunt, auro, argento, cœlatura, signis, ac gemmis exornant, & aqua candentem intingendo materiam pocula faciunt, quæ prorsus ex tenerrima glacie sua spontè concreta videntur, & quæ in æstu algorem intuentibus excitant. Et tincturæ quidem genere imitantur veterum hæmatina, murrhina, Obsidiana, hyacinthina, ac sapphirina uasa potoria non tantum, sed & escaria omnis generis capacissima. Quæ quidem historiarum encausticis, tam eleganter adornant, uti Plinium ipsum, si reuiuiscens ea uideret, obstupescerent, meritoque is iudicaret, aureorum, argenteorumque præcia, atque usum, nisi fragilia essent, hæc diminuere posse.

Transeas hinc in insulam D. Gregorij quingentis circiter ab vrbe passibus è regione D. Marci positam, ut videas sumptuosissimum eius loci monasterium, templo marmoreo, elegantissimaque ædificiorum structura celebre, atque ædis sacræ tabulas, statuas, donaria amplissima, sepulchra Ducum, ac Principum; item cœnobij longissimas porticus, atria, cœnacula, cubicula, bibliothecam instructam, nec non hortos exultos, & admodum spaciosos perlustres.

Caput.

Cum naualia ista perlustrarentur ab Alphonso Vasti Marchione, sui temporis militiæ Principe, & Italiæ honoris, ac ingenij gloria, admirans dixit. Ea fore octauum orbis miraculum.

Venetijs, opulentissima sunt, quædam Xenodochia 17. & alia insignia, diuitijs, & nobilium marmorum raritate conspicua Diuorum templa, quorum 67. patriæ iure gaudent, 26. a Sanctimonialibus, & 54. a Regularibus hominibus decorantur famulatu. Oratoria 18. Confratriæ magnæ 6. & ipsarum mirabilis est locus, quo conueniunt D. Rocho adscripti homines. In his Sanctorum Corpora 50. Organa 143. videntur. Hæ sacræ ædes magnificè admodum instructæ, ingentes vrbs opes testantur, & eandem non minus, quam

ITALIÆ PARS I. 39

rara, & prætiõsæ gemmæ regiam coronam auream
 decorant. Dominicanorum Monasterium ædificatur,
 structura pulchrum, vbi templum marmoreis statuis,
 excellentibusque picturis ornatissimum, Gemellis Di
 uis Ioanni, & Paulo dicatum, quod subsequitur Ec
 clesia S. Zachariæ, Magnæ Domus, & aliæ valde con
 spiciuæ spectandæ sunt illustrium ciuium statuæ eque
 stres, & pedestres publico sumptu positæ diuersis in
 locis, eorum videlicet, qui, vel domi prudenter, vel
 militiæ fortiter cum potestate Rempubl. admini stra
 runt, & sunt marmoreæ 165. æneæ 23. Inter has, est cœ
 lebris illa collosæ equestris inaurata Bartholomæi
 Coleonij militari gloria pernobilis, ac Imperatoris
 sui temporis primi, qua Veneti publica impensa, me
 ritorum, virtutis, ac fidei singularis ergò, pro æde
 DD. Ioannis, & Pauli PP. Decorantur Venetiæ Tri
 bunalibus 56. Portis æneis 10. Horologijs publicis 27.
 Attijs, quæ Corti dicuntur 174. Plateis 53. Turribus
 pro Campanis Ecclesiarum 114. Equis æneis 10. Pu
 teis pro vsu communi 155. Hortis mirè confitis 185.
 Palatia 141. eminent Venetijs, & 100. dignis hoc no
 mine, quare quæ alia Italiæ Vrbs illi non est inferior?
 Domus negociatoria Germanorum 512. pedum am
 bitus faciebus artificiosi depictis duas porticus alte
 ram altera innitentem, & cubicula ad habitandum
 non incommoda 200. habet. Statuæ, picture clarissi
 morum pictorum, monumenta antiquitatis, quibus
 abundant Venetiæ numero comprehendi non pos
 sunt. Eadem fructuum, olerum, & piscium, quorum
 genera 200. omnibus anni temporibus vbertas.
 Piscatio vrbi propria, sed nec aucupio in lacunis
 aquatiliū volucrum caret. Pontes viuo lapide
 sunt illi 450. Cymbarum circiter 8. mill. Canales mul
 ti, quorum primus quem magnum uocant longus pe
 des 1300. & latus 40. ad Riuum altum ponte illo om
 nium pulcherrimo tantummodo traicitur, in quem
 80. & plura scutorum millia impensa fuerunt.
 Ad eius fastigium tribus scalis elegantissimis ascen

ditur, & harum media gradibus 66. quolibet verò aliarum 145. territur. Ultima descriptione censè fuerunt animè 190714. quod est cētū nonaginta millia, septingentè; & quattuordecim, què suo uictui quotidie tribuunt farinè sextarios 10892. qui sunt annuatim 69580. uidelicet sexaginta nouem mill. quingētī, & octuaginta. Sex plenis miliaribus ambit hęc ciuitas, què fides effigiem ostendit.

Et ne multorum nenijs prudens homo decipiatur, putans à piscatoribus Venetias suam agnoscere originem, audiat quid Cassiodorus Senator, & Teodorici Ostrogothorum Regis à secretis ipsis Venetis scribat. *Vos qui numerosa nauigia in eius confinio possidens, & Venetie plenè Nobilibus.* Quæ cum anno 495. acciderint, qui fiunt ciuitatis ab ortu 80. vel 90. liquidò cognoscitur, tam breui temporis interuallo non potuisse Venetos tantam nobilitatem penes Regem Italiae potentissimum consequi, & nauigia numerosè possidere, nisi auicis diuitijs, & Patrum suorum stemmatibus fuissent antea ornati.

Schol. Naualia in primis spectanda, *Arsenalem* nunc vocant locum, quasi *arsenem naualem*, quòd arte naues ibi struantur. Insula est vrbis angulo contigua versus orientem, & Adriatici maris portus amplitudine duorum miliarium in circuitu, fossis, ac muris vndiq; validis munita, & cum opportunis ad custodiam turribus. Diuisa est per regiones suas, atq; artificum operariorumque diuersas tabernas, atque officinas opportunis quasque locis dispositas complectitur. Quadringentorum hominum labore continuo naues, machinas, atque instrumenta omnis generis bellica perpetuò affirmat estimant, quorum stipendia in hebdomadas singulas ad mille ducentos aureos estimantur.

Monstratur in fabrū tignariorum amplissima regione, quo pacto materia ad classem, nauesque præparetur, adapteturque, vt adustione spondas, & costas incuruent; malos, antennas, remos, ac tonsas, vt leuigent,

ITALIÆ PARS I. 41

gent, quomodo fiant trochleæ, pontes, antliæ, corbi-
 tæ, machinarum bellicarum rotæ, ceteraque naualia
 instrumenta, quæ in diuersis, locis singulatum fabrica-
 bantur. In Vulcanijs fabricarum ferrariorum officinis
 videas formari gyganteas tormentorum bellicorum
 moles, graues æneas fistulas, & prælongas; tubos va-
 stos, atque immanes globos ferreos: cudi ponderosas
 anchoras, item harpagones, falces; catenas, coruos,
 bellicosque nauales apparatus varios. In Tana, quæ
 restionum, aut calostrophorum est magna regio, im-
 mensas rudentum, & camelorum spiras admireris;
 perlustras, vt protoni, pesmata, & hyperæ intorquean-
 tur, aliaque velorum, antennarumque retinacula.
 Per armamentaria diuersa telorum omnis generis
 plena, quibus instrui, vel naumachia posset, ostentan-
 tur insignia à Turcis, atque piratis capta, & hostium
 spolia, manubiæque insignes ad Naupactum nauali
 proelio capta, anno Christianorum 1571. Transiit
 deinde in velariorum, vel vt Græcè potius dicam, hē-
 stiorrhaphorum domum, vbi tabulatis in pluribus
 cernuntur mulierum, ac puellarum aliquot centuriæ
 assiduo labore vela consuentium, vel resarciendum.
 In naualis ipsius meditullio multæ porticus militariæ,
 & per amplæ ex tabulatis extractæ sunt, sub quibus ro-
 stratæ, ac longæ naues circiter ducentæ, præter mino-
 ra nauigia infinita, stantes in hermatibus, siue ponti-
 bus, seruantur à pluiiarum, ac tempestatum iniurijs,
 ex aquis dumtaxat subductæ, & ad omnem occasio-
 nem nauigationis paratæ. Inter has ostenduntur
 prætorix quinqueremes, aliaque triremes lacera, ac
 globis ferreis traiectæ singulari victoria nauali ad
 Naupactum capte, nec non Imperatorix And. Venerij
 qui in eo proelio cecidit. Conspicitur, & thalame-
 gus inaurata, & sculptaris, picturisque insignibus ex-
 ornata Ducis Veneti, quam *Bucephalum* propter ma-
 gnitudinem nominant, hac festiuis dumtaxat diebus
 euehitur, ac in primis dominicæ *Ascensionis* solemnibus
 die; quando magna cum pompa, splendidèque proce-
 dit.

rum comitatu ex vrbe ad Adriatici maris præcipuum portum proficiscitur, vbi certis cum cæremonijs The tidi sponsaliorum arram, annulo aureo mari iniecto, soluit. At verò mireris nuper resectos magnis impensis muros, ac turres, aliàque vicina ædificia, quæ sub exortum postremi belli Turcici, fraude, vt plures suspicantur, hostili, coniecto in sulphurei pulueris tormentarij dolia in turribus condita incendio, conflagrant.

Caput. In insula, quæ *Zuecca* dicitur, viridaria multa omni deliciarum genere plena sunt posita, & sacre sedes, quibus (immò forsan ijs omnibus, quæ urbem decorant) præcellit sacro nomini Redemptoris nostri dicata, Palladij structura, & summa ædificandi peritia erecta vt Reipubl. Venetæ maiestas, & pium votum ibi ad plenum conspiciatur.

IN VENETIARVM VRBEM

IACOBVS SANNAZARIVS.

*V*iderat Adriacis VENETAM Neptunus in undis

Stare urbem, & toto ponere iura mari:
Nunc mihi Tarpeias quantumvis Iuppiter, arceis
Obijce, & illa tui moenia Martis, ait.
Si pelago Tibrim præfers, urbem aspice vtramque,
Illam homines dicas, hanc possuisse Deos.

DE VENETORVM SIGNIS.

Idem.

*R*omanas Aquila postquam liquere cohortes,
 Magnanimus turmas ducis in arma leo.

De

ITALIÆ PARS I. 43

De Hexasticho illo Epigrammate in Sannazarij vi-
ta refert Ioan. Bap. Crispus, auditum à se ex Aldo Ma-
nutio Pauli F. à Senatu P. Q. Veneto, pro singulis ver-
sibus singulos centenos aureos, honoris gratia, dono
accepisse, maiore sanè liberalitate, quàm ab Alexan-
dro Magno affectus Cherilus poeta minimè malus,
qui, teste Flacco, pro bonis versibus:

Rettulit acceptos regale numisma Philippos:

Nam, & pro malis colaphos abstulisse aiunt, si anti-
quis eiusdem Horatij interpretibus fides habenda.
Maiore adhuc vsus beneficentia, quàm M. Antonius
Caracalla Roman. Imp. qui Oppiano suauissimo poe-
tæ pro singulis uersibus siue ferarum naturam, siue pi-
scium in *καυνητικῶς καὶ ἀλιευτικῶς* describeret, sin-
gulos donauit aureos. Tales si Mœcenates nostra
ferrent sæcula, non deessent, ut ille canit, Marones.
Coeterùm VENETAM Urbem idem Syncerus
libro 3. Elegia 1. ad Fredericum Ferdin. Regis F. sic
prædicat.

Quis rursus VENETAE miracula proferat vrbis,

Vna instar magni, quæ simul Orbis habet?

Vna Italiam regina, altera pulcherrima ROMÆ

Aemula, quæ terris, quæ dominaris aquis.

Tu tibi, Sel Reges ciues facis, ò decus, ò lux

Aufonia, per quam libera turba sumus.

Per quam barbaries nobis non imperat, & Sol

Exoriens nostro clariùs orbe micat.

ITER VENETIIS PATAVIUM,

EVGANEOS LOMBARDIAM.

AD Meduaci fluminis ostium proficiscere, obstru- *Schol.*
ctum olim à Venetis, nec fluius ibidem stagnis
illabens, eius lacunas, & euripos oppleret, suaque al-
luuione sensim terrestrem accessum ad urbem face-
ret.

ITINERARIUM

ret. *Letuce officinam* nunc appellant locum, vbi nauigia mercibus onusta rotarum volubili machina ex aquis sublata per aggerē hinc inde transferuntur, uel è stagnis in fluuij fossam, uel ex flumio in ipsa stagna.

Caput. XX. pass. mill. proficisceris Patauium flumine ipso pacatè ad mare influente nauigato, uel itinere pedibus confecto, & arua feracia, & , ampla prospicies, immò, & palatia Regibus ipsis idonea iugi uici formam exhibentia. In itinere occurret in primis Oriaci, idest Oralaci cum lacunæ eo usque peruenient, Doli, & Stratæ uiculi, & hominum sursum, & deorsum incedentium magnus numerus, habebisque ad leuam Gambarariæ villam, quæ terminus est Ducatus (ut aiunt) Venetiarum Urbis, & quot quot in Italia extant villarum personis numerosior.

Patauium Ciuitas ponitur in magna planitie, ab oriente habens mare distans milliariis triginta, ab Austro, & Aquilone planitiem amplam, ab occasu colles Euganeos. Eius circuitus constat miliaribus septem, & habet formam quasi orbicularem, triplices muros, atque foueas immisso Medoaco flumine profundas, & nauigabiles. Muris cingentibus, & propugnaculis Veneti inexpugnabilem reddiderunt. Vetusissimam Italiæ Urbem magis certum est Antenorem Troiæ profugum condidisse, quam ut indigeat testimonijs, & à Pado flumine Patauium esse uocatum. Quod Reipubl. Rom. semper amicè adheferit, difficillimisque temporibus pecunia, & armis iuuerit, credendum est, quare Romani pro sua gratitudine, & erga socios fide, Patauinos in Magistratuū Romanorū electione suffragia dare uoluerunt, ac ipsi Romani quo fauore nulla è colonijs alia unquā potita fuit. Hoc Rom. tēpore equites 500. armare poterat, & postea in suos hostes 12. mil. militum congregauit. Romano declināte Imperio Athyla Patauium diruit, quæ à Narsete restaurata à Longobardis euertitur, & sub Barbarossa imp. incenditur. Tamen sub Carolo Magno, & eius successoribus incrementa suscepit, & sua

ITALIÆ PARS I. 45

sua libertate frui cœpit. Carrarienses, Bassani oriu-
 di illius dominati sunt, quousque Ezzelinus Tyrānus
 eos fugauit, sub quo Patauini omnium crudelitatum
 atrocia passi fuerunt, & hodie in vicina S. Augustini
 turris ostenditur, in qua detinebantur inclusi, torque-
 bantur, & occidebantur, ita quod, vna die, Veronę ci-
 uium horum 12. mil. impię trucidari mandauit.
 A Marsilio item Carrario subijcitur, cuius filij, ac ne-
 potes centeno sęculo in ea dominantur, cui post
 Veneti se præficiunt anno 1402. Propter singularem
 amœnitatem, opportunitatemque loci, ex Martiale,
 & Catullo probare possumus Euganeos colles, iam
 olim Musarum sedem esse creditos, & Constantinus
 Paleologus teste Rhodigino dicere solebat nisi sciret
 à sanctissimis uiris affirmari, in oriente paradysum es-
 se, arbitrari se non alibi eum reperiri, quam in persua-
 ui Patauina amœnitate, tanta est omnibus salubris
 huius cœli clementia. Medoacis duobus in unum
 coeuntibus irrigatur, alterum nos Bacchilionem uo-
 camus, alterum Brintam, seu Brentam appellant.
 Hęc igitur (ille enim statim, atque fluere cœpit, no-
 mē amittit) uarijs anfractibus excepta urbem, ita op-
 portunē alluit, ut cimodius nil excogitari queat, ut si-
 leamus interim eiusdem aquas alicubi, in mœnium
 & propugnaculorum urbanorum fossam deriuari.
 Omnium rerum summa copia diues est, unde prouer-
 bio dicitur. *Bologna grassa, ma Padoa la passa, e Venetia
 la guasta*, panem uerò ager producit candidissimum
 Italię, & uinum, quod Plinius inter nobilia celebrat.
 Videbis septem portas, lapideos pontes, fora spatio sa-
 quinque, & magnam edificiolorum pulchritudinem
 presertim publicorum, quibus in Italia nulla similia
 esse tenemus. Sunt tamen, noua quęcunque in ea
 nunc extant, siue publica, siue priuata. Prætoriumq;
 quo nullum in orbe pulchrius esse tenemus, cum esset
 casu crematum, speciosius Veneti construxerunt an-
 no 1420. quod annis 200. & amplius dirutum perdu-
 rauit. Id est plumbo tectum, nullis columnis, tignisue

suffultum, latum habens pedes 86. longum 256.
In eo digna sunt, quæ spectentur locus T. Liuij of-
fium, parieti qui occidentem spectat inclusus, sua ad
uiuum imagine, & his verbis conspicuus.

V E

T. LIVIVS

LIVIAE. T. F.

QVARTAE L.

HALYS

CONCORDIALIS

PATAVI

SIBI ET SVIS

OMNIBVS.

Cui etiam additur insigne monumentum ibidem ere-
ctum cum titulo, & imagine alteri ciui elegantis inge-
nij Sperono Speronio. Portis insident viri quattuor
Titus Liuius, Iul. Paulus Albertus ex Augustiniana
familia Eremitarum, & Petrus Apponus. Prætorio
lustrato visendum superest Gymnasium omnium di-
sciplinarum, vbi quadratum peristyllium, duas por-
ticus ambulatorias excipit contignatione alteram ab
altera distinctas. Est scientiarum celeberrimum
emporium Patauina Academia, & veluti Athenien-
sis Arcopagus, quæ semper viros, in omni ingenua-
rum artium genere claros, & celebres fouet, auxit-
que. Ac nobilium auditorum frequentia, semper
abundauit, non modo Italorum, sed etiam exterarum
gentium, & remotissimarum nationum, & ad schola-
sticam disciplinam edocendum excellentiores viri
magno proposito præmio aduocantur. Amphitea-
trum etiam ligneum anatomicum, scholæ complures,
atque amplissimæ perspiciendæ, & Collegia nouem
ad pauperiores studiosos alendos. Situs vrbs, &
ædificiorum structura id efficiunt, vt omnium hora-
rum

rum
nes
ten
qui
ctal
cha
vul
nes
pel
na
seu
qui
gn
am
gia
No
æd
ci,
pe
co
di
ter
aq
qu
tis
m
la
le
P.
ca
te
tu
in
b
q
f
l

ITALIÆ PARS I. 47

rum ciuitas dici possit, porticum enim seiees, per omnes ferè vias protensa, hiemis iniurias propulsat, æstatem verò minus, quam alibi feruidam experiuntur ij, qui periucundas, illius ambulationes norunt. Spectabunt curiosi post maius sacellum domicilij Petrar chæ domum, & Rhamnasiam, & Bassianorum (quam vulgus falso Liuij nuncupat) vbi antiquæ inscriptiones Græcè, & Latine, & coeleberrimum illud (vti appellant) Triclinium Patauinum; Marci Mantuæ Benauidij in cuius cauedio marmoreus Hercules collesseus Barthol. Ammanati manu expressus. Subsequuntur ædes Fuscarorum (l'Arena,) vbi præter insignem, & propè regiam structuram, & viridariorum amoenitatem, admiranda sunt antiqui theatri vestigia, fornices, & muri è quadrato saxo compacti. Nobile est Præsulis palatium, at nobilissimæ sunt ædes Vincetij Sonicæ Cathedralis Ecclesiæ Canonici, quarum antro nihil est apud nos elegantius, cuius superficies musco, tophis, pumicibus, scabris lapidibus, corallijs conuestitur, & sigillis æreis, marmoreisque distinguitur, è quibus plerumque salientes aquæ latentibus fistulis prorumpunt, ex his iuuentulæ duæ, aquarum scaturigines exprimunt. Antea parietes quaternis exornantur speculis, in quibus introspectentis imago pulchrè variatur. Adde pavementum marmoreum, quod tabulis, visum penè effugientibus stillas in altum eiaculatur, & in ipso domus aditu canales quidam occulti efficiunt.

Veram Christi doctrinam alacriter amplexi sunt Patauini Profdocimo D. Petri Discipulo eis prædicante, & Vitalianorum vrbis Principem conuertente, & S. Sophiæ Ecclesiam ædificante. Henricus Quartus Imperat. Cathedralem Ecclesiam ædificauit, quæ inter primas Italiæ tunc habebatur, quam modo nobiliori structura conspiciamus. Sacerdotes primarij, qui Canonici dicuntur, opulentissimis redditibus fruuntur, vt etiam illorum aliqui aureorum millia habeat.

Hic

Hic cadauera sunt Henrici III. Patauij Regis, & Bertæ, suæ coniugis, ac Reginae, de quibus legitur:

Præsulis, & Cleri præsentis prædia phano,

Donauit Regina iacens hac marmore Bertæ

Henrici Regis Patani, celeberrima quartæ

Coniunx tam grandi dono memoranda per ænum.

Caietani Thienij summi Phil. & S. Danielis in tum-
ba marmorea subtus chorum venerantur. Sacra edi-
ficia vniuersa templum D. Antonio Vlyssiponen. sa-
crum ante it, plumbeis, testudinatisque fornicibus te-
ctum. In ea inspiciendum est Sacellum ipsius D.
Antonij, in quo, columnæ, stylobetæ epystilia elegan-
tiss. è lunensi marmore fabrefacta, nouem interco-
lumnia itidem marmorea, præclarorum artificum
manu expressis aliquot eius Sancti miraculis com-
plectuntur. Ad aram Sancti Viri gradibus aliquot
ascenditur, quæ signa ærea septem ostentat. Sacel-
lum operit elaboratiss. testudo. Aram maximam,
inquam decem aureorum millia impensa sunt, inclu-
dit chorus sedilibus sectili ligno depictus. Cande-
labrum aureum optimè elaboratum, & ara ipsa mar-
morea, opere, & materia præstans. in extimo chori
pariete inclusæ sunt æræ tabulæ duodecim insignes.
Sacrarium instruit Sanctorum plures reliquiæ, vasis
argenteis inclusæ, vestimenta sacra aurea, argentea,
cruces ex argento, 10. signa Sanctorum argentea,
16. calices, 50. vasa tria elegantissima, quibus sacra-
tiss. D.N. Corpus pro tempore continetur candelabra
argentea, gemmeaque lychni, thurribula, sitellæ, &
aspergilla pro aqua lustrali, signa votiuæ legitimæ
creaturæ, 54. argentea omnia. Inter hæc eminet
navis omnibus instructa armamentis, & Patauinæ
Vrbis forma archetypa, in cuius medio surgit præ-
torium ductili, & fusili opere diligentissimè expres-
sum. Si qui pictura capiuntur habent illustris Giotti

ma-

ITALIÆ PARS I. 49

manum propositam in ædícula D. Foelicis Sum. Pontif. vbi eius corpus adseruatur, qua nescio, an perfectius quidpiam temporum inspecta cõditione reperi possit. Apparet Fulgosij, & Trombettæ Sepulchrum. In huius templi cõemeterio spectanda occurrit æquestris ex ære statua Gattamelatæ Veneti exercitus Imper. a Sen. Ven. excitata Donati Flor. opus, & in peristylío Riarij Patriar. Alexand. & Franc. Robertellij. Proximum est huic D. Iustinæ Templum, quò proficisci ne pigeat, & ut absolutis. opus sedulo perlustretur, illustri mole, è quadrato saxo ingenio ingeniosissimũ, Choro nuceo, & vtriusq; testamenti mysteriis figurato, ac Sanctorum Mathiæ Apost. Lucæ Euang. Trium Innocentum, Prosdocimi, Iustinæ, & aliorum quinque Martyrum ornato, præter innumeras SS. Reliquias, quæ in crypta ibi visuntur, cum lapide, in quo ii plecebantur capite. Iunonis olim fanum, eo loci fuisse, in quo rostra nauium, spoliaque Græcorum, victoria nauali pacta, & fixa ab Emil. Conf. è Salentinis expulso, & T. Liuij ossa inuenta extitisse docti asserunt. Visendum itidem Monachorum Sancti Benedicti ibidem commorantium ampliss. Cœnobium, omnibus alijs cœnobarum locis, coequandum ædificijs, situ, religione, ac redditibus; habet enim mille passus in circuitu, aureos quasi centies mille in prouentu, & gaudet initio reformationis Benedictinorum apud Italos. Perampla est Ecclesia Prædicatorum titulo Sancti August. vbi ossa Francisci Carrarij Urbis Patroni visuntur, & quiescit Thomas Peregrinus Dominicanus Methaph. acutissimus; Heremitarum Augustin. vbi Marci Mantuæ Benauidij monumentum insigne, & Andreæ Mategne Pat. pictoris eximij, & Scenographicæ præsertim ædificiorum delineationes digna sunt, quæ spectentur. Sancti Franc. in qua Bart. Caualcãtis, Cagnoli I. C. & Longolij ossa reponuntur, cui Long. Bembus P.

*Te iuuenem rapere Dea fatalia nentes;
Stamina, cum scirent moriturum tempore nullo*

D

Lona

Longoli, tibi si canos, seniumq; dedissent.

Apud Capucinos sepelitur Franc. Card. Comédunus. Illustre reddunt Patauium suis sacris corporibus Sancti Leolinus, Daniel, Lucas, Antonius, Peregrinus, Iordanis, Helena, Beatrix, & Eustochium. Sex Mendicantium instituta, cœnobia præclara inhabitant, diuinam, & humanam Sophiam suis magno numero docentes. In Porticu ducente ad S. Franc. occurrit sepulchrum lapideum, 4 columnis erectum, & quasi concameratum, habens in medio.

*G. Inclitus Antenor patria vox nisa quietem
Transtulit huc Henetum, Dardanidumq; fugas,
Expulit Euganeos, Patauinam condidit Urbem,
Quem tenet hic humili marmore casa domus.*

Alit Patauium, ciuium capita 8. & 30. mill. quorum multæ sunt familiæ nobilitate fulgentes.

Plures priscis temporibus natiuitate sua urbem hanc decorarunt, vt T. Liuius; Asconius Poëdianus orator; Aruntius Stella, Valerius Flaccus, & Volusius Poetæ, Paulus, qui Alexand. Seuero Imper. consillis fuit; Petrus Apponus d. Conciliator, Franc. Zabarella Cardin. & mille alij. Hisce vero annis, sibi patriam agnoscunt, in diesque venerantur præclaris ingenia, quorum ingens est numerus. Mulieres insuper Patauinæ, tantæ castitatis, seueritatisque fuerunt, vt ea in prouerbium abierit, quo pertinet illud Martialis:

*Tu quoque nequitas nostri, lususq; libelli
Vda puella leges, sis Patauina licet.*

Templis SS. Antonij, & Iustinæ interiectus est hortus in Medicorum gratiam, rationibus herbis confectus, cuius leges legas in marmoream tabulam, supra primam portam incisas.

ITALIÆ PARS I. 51

TRIVMVIRI LITTERARII.

- I. Portam hanc decumanam ne pulsato, ante diem Marci Euangelistæ, ante horam XII.
- II. Per decumanam Ingressus, extra decumanam ne declinato.
- III. In viridarium scapum, ne confringito, neve florem decerpito, ne semen, fructumve sustollito, radicem ne effodito.
- IV. Stirpem pusillam succrescentemque, ne atrectato, neve Areolam conculcato.

TRANSILITOVE.

- V. Viridarij iniuria non afficiuntur.
- VI. Nihil inuito Præfecto attentato.
- VII. Qui secus faxit ære, carcere, exilio, multator.

Haud longè à Patauio, Lacunas, & Metamauci portum versus Castellum Plebifaccium est, cui Puluerarius pagus ferè contiguus, vbi gallinarum, gallorumque gallinaceorum genus adeò corporis vasti, vt grues videantur, quodque miraculi est instar, degenerant si aliò traducas. Ad meridiem lacunæ dilatantur, in quo sinu antiqua, & parua Vrbs Adria sedere videtur. In Patauinis inter Aquilonem, & Eurum Campi Sancti Petri Castellum adiacet, vnde huius nominis familia, quæ Ezzelino Tiranno restitit, oriun

do. Inter Patauium, & Bassanum Cittadella oppidum serè medium ad Aquilonem. Ad occasum Vicetia Vrbs claritate, & colles Euganei siti sunt, voce Græca quasi nobiles, & generosi vocati, delitijs enim exuberant vsquequaque, nec Apennini, aut aliarum alpium pars, quod vix alijs contingit. Cœterùm ab Euganeis, qui primi illos incoluerunt nomen sortiti sunt. Quinto a Patauio lapide Apponum propter balnea cœlebratissima frequentantur, cuius ad sinistram Praia Monachorum Cassinensium Abbatia opulentissima, in magna, & amœna planicie. Supraque paulò in Rua montis Coronæ Heremite magnifica sanctitatis fama ipsi Deo operam dant. Quibus in locis pulcherrimis B. Mariæ Virginis Montis Ortoni templum, miraculis nobilitatum, palatiaque innumerabilia. Inter occasum, & meridiem alueus est Ateste Patauium nauigabilis. Inter Patauium, & Ateste Montis filuis oppidum admodum nobile, & antiquum collibus vndique septum, cui rudera arcis olim munitissimæ imminent. Hic optimarum ad theriacæ compositionem viperarum magnus venatus; sinistrorsum in collis cliuo Arquatum Francisci Petrarchæ litterato labore vico decantatissimum inuenies, vbi statim in principio pro Templi foribus, eius sepulchrum quattuor columnis è rubro marmore sustentatum est oculis obuium. In editiore vici parte eiusdem satis lautæ ædes, cum abaco, & sella insignis opificij. Ad hæc bibliotheca cum impolitatis quibusdam sedilibus, cumque murilegæ ossibus, ita compactis, ut spirare videatur. Nusquam cœlum clementius, quam in his collibus, nusquam uina suauiora. Secundo ab Arquati lapide superbum, & uerè regium Obiciorum palatium, quod Cataium uocant, in colliculo exædificatum sese ostendit, cui nunquam ad aucupandum uolucres, aut ad venandum ferè deesse possunt. In planicie, quam labitur flumen, Vicum, quem Bataleam dicunt, inuenies; hinc ad septimum milliarium Ateste oppidum antiquissimum,

a quo

ITALIÆ PARS I. 53

a quo Estenses Principes duxerunt originem, quorum palatium in Prædicatorum cœnobium nostro tempore mutatum est. Multiq̄ue ex illa nobilissima familia in D. Francisci Ecclesia sepulti sunt, oppidum rerum omnium copia, in primisq̄ue vini generosissimi. Ciuium ad decem millia, prouentus publicus ad aureorum numerum millia 18. Hic Montem Vendæ conscendes, in cuius cacumine vniuersam Romandiolam, Forum Iulij, Venetiarum maritima, vtriusq̄ue Marchiæ Anconæ, scilicet, ac Taruisij, Istriam, Montes Dalmatiæ, & Croatia, & multas Lombardia ciuitates clarissimè perlustrabis, & a PP. Oliuetanis benignè in eo excipieris. Illinc etiam ad Abbatiam Carcerum ditissimam PP. Camaldulensium tria millia passuum intersunt. Confice decem milliarium iter, & Montanianum oppidum nobilitate, & diuitijs cum Ateste contendens, in cuius agro canabis prouentus incredibilis, videbis; a quo Lemniacum oppidum munitissimum, & Athesi interfluente pulcherrimum, ciuiumq̄ue, 4. millibus populatissimum, sed cœli grauitate minus salubre. VIII. milliarijs abest. Haud procul oppidulum situm est Sanguinetum, in ipsis ferè Imperij Veneti finibus, vnde aquæ multæ scaturiunt. Inde via lata, & recta 18. milliarijs Mantuam itur.

Si ad meridiem Patauio ægredieris per portam Sanctæ Crucis Ferrariam versus, Rhodigium vrbis titulo insignitum a Principe Patauio 25. millibus passuum abest, Ferraria 18. via communi, ex Adriæ, vrbis olim primariæ ruinis ædificatum. Conselum attamen primum inuenies, deinde Anguillariam, vbi Athesis traicitur. Alluitur Rhodigium à placidissimo Athesis cornu, propius lacunis Adriæ distat, ambitus pass. supra mille, & ciuium nobilium decem ferè millibus florentissimum. Clarorum virorum ingenijs nunquam non claruit, inter quos, qui è vita discesserunt connumerantur Cardin. Rouerella, Brusonius poeta Laureatus, Cœlius, & Riccobonus, ex

viuis Ioannes Bonifacius I. C. in vniuerso scientiarum orbe versatissimus, antiquæ probitatis vir, comis, urbanus, in cuius modelto vultu animi candor, & nescio quid sanctitatis apparet, luculentissimæ illius Taruisinæ historiæ, & libri de Furtis author. Ioannes Thomas Minadous medicinæ Patauij publicè professor, historiæque Persicæ scriptor. Hieronymus Fracchetta rerum Politicarum itidem scriptor. In D. Francisci ædibus Antonij Riccoboni, & doctissimi Ludouici Richerij, Coelij doctissimi cineres seruantur, cuius imaginem ad viuum expressam in ædium illius frontispicio videbis. Iconemque Virginis Deiparæ, quam auxiliatricem vocant tot edentem miracula. Hic Episcopus Adriæ sedem statuit, quam Urbem Senator Venetus titulo Prætoris Præfectique totius Peninsulæ, (qui titulus æquat dignitatem Prætoris Bergomatis, Taurisiniq̃) regit, forenses, & iudicantes peritos secum habens, militumque Vice Ductorem, seu quem vocant Vice Collateralem. Arce antiquissima, turri pulcherrima, & muris, fossis, turribus, palatijs, & publica platea ornatum conspicies Rhodigium, ab Equitibus, Doctoribus, & Nobilibus viris inhabitatum. Lendinariæ, Abbatia multique alijs præstantibus locis, & villis præest; feracissimis agris, & magna planicie abundat quo fit, ipsum meritò a cunctis Venetum horreum nuncupari.

Huius Urbis loca, & fines cum à Pado, Athesi, & Tartaro, & Castagnaro fluminibus abluantur, & circumdantur, Peninsula Rhodigina, & ab Italis *Polesino de Rouigo* dicuntur. Quod nomen *Polesino* si medijs sillabis immutatis *Posileno* dices, ea magnam fore insulam significabis. Versus occidentem itinere 10. mill. pass. Veneratur Corpus S. Bellini martyris, Præsulis Patauini, qui suis precibus adiuuat morsos a canibus rabidis, suntque Lendinaria, & Abbatia terræ non infimæ, ac opimæ. Via, quæ Rosatorum dicitur, canalis Castagnarij torrentis, deinde Padus

trinaf-

ITALIÆ PARS I. 55

transmeatur propè Vicum Francolini, & 5. milliari-
bus confectis Ferrariam peruenies.

VICETIA, SEV VICENTIA.

PRiscis temporibus 24. & tercentos annos, ante
Christi Saluatoris aduentum Vicetia in Venetia
40. mill. passuum interuallo a mari distans in radici-
bus Berici montis, qui inter Euganeos colles numera-
tur, meridiem contra ab Euganeis condita fuit, ab
Henetis habitata, & a Gallis Senonibus Brenno
Duce laxata, & amplificata. Cum suburbij 4. mil-
liaria occupat, & est scorpioni similis, longitudine
multo amplior, quam latitudine, ab ortu se incuruans
finu lunato duo brachia pandit, alterum sinistra qua
Patauium itur, alterum dextra, qua ad montem ascen-
ditur, media inde vrbe se quasi in uentrem colligit,
& occasum versus se attenuans, extra portam arcis al-
terius ad ædem Foelicianam se vsque inflectendo,
in caudam desinit, montis, & planicie, ita particeps,
vt mons planiciei impedimento non sit, neque plani-
cies montis oblectamento omnino careat. Quod si
montis pars moenibus cingeretur, non solum Aluia-
ni, Francisci Mariæ Metaurensium Ducis, & Iulij Sa-
uorniani, sed omnium ferè sententia, operibus, muni-
tionibusque adhibitis aliarum quas habent Veneti
Vrbs tutissima, & pulcherrima redderetur. Duplici
murorum corona, qua cingitur, pluribusque arcibus
olim munitissima erat, sed in presens diuersa munien-
darum Urbium ratione, non satis firma habetur.
Octo stant portæ per ambitum, vt quæ interioris am-
bitus fuere prætereamus. Interluitur duobus satis
amplis fluminibus Medoaco inferiore, seu Bacchilio-
ne, & Ereteno, ingentem molarum numerum versan-
tibus, Patauijque vrbe peruagata in mare illabētibus,
magna ciuium commoditate in importantibus, &
exportandis mercibus, & frugibus, super quibus pon-
tes sublicij, & lapidei septem calcantur, inter quos exi-

miæ structure vnus, & prisca antiquitatis duo conspiciuntur. Diuiditur in 15. regiones, in multa compita, & complures vicos. Macella publica quattuor sex, itidem sunt vrbi fora annonæ, olitorium, boarium, piscarium Curia Episcopalis, & nobilium verè magnificum in quo domus prætoria sita est plumbo tecta porticu, scalis, statuis ornata, sine aliquo fulcimento columnarum, tignarumve suffulta, Turris sua gracilitate, & proceritate nobilis, columna marmorea; ædes publicæ ad mutuandam pecuniam pauperibus erectæ cum sacello, & Diuum Tutellarium signis non paruum foro maiestatem addunt, Palatia multa aded sumptuosa, quo vel magnorum Principum hospitio, non indigna esse possint, vt illud Comitum Leonardum Valmaranæ in quo Maria Imp. Maximiliani Secundi vxor, Rudulphi II. mater, & Caroli V. filia diuersata est, licet capaciora non desint, quæ amplitudine, atque magnificentia quasi regia uidentur, qua facie tota ciuitas vndeque conueniendi uenit. Olim inter Bergicum suburbium, & Eretenum flumen prope domum Nobilium familia Gualdæ Theatrum habuit Vicetia, in quo Pipino Gallorum, & Desiderio Longobardorum Regibus publici ludi facti sunt. Nec procul Palatium stetit Imperiale, ubi Imp. Honorius tulit legem Dudum C. de contr. empt. Domus Episcopi, tantæ dignitati par est sua elegãtia, Turres multæ, Xenodochia opulenta numero 11. Sacrarum Virginum cœnobia 12. Cuculatorum Sacerdotum 17. Præsbyterorum reformatorum tria, Parœciæ 15. Oratoria 6. Mulierum reformatarum Loca 2. Pietatis mons centum scutatorum millium sortem, & eo amplius habet. Perges ad eadem maiorem fornice grandi, & Sanctorum Mart. Carpophori, & Leontij corporibus uenerandam, & 12. mil. aureis annuatim dotatam, cui præsidet Episcopus Michael Priulius Nob. Venetus, Hunc tanquam super speculam excubare uidebis, ne quid noxium sibi creditos iactura afficiat, illis perpetuò circumstare, ut uirtu-

ITALIÆ PARS I. 57

tutum femina, quæ plantat proficiant. In bonos est, placidus, in malos inhumanus, & inter utrumque laboriosus, immò illaboratè, omnia omnibus factus literarum studio, animi candore, & in negotijs prudentia, optimum pastorem sese effigiare studet.

In Patrum Dominicanorum Conuentu Sacram Coronæ Saluatoris nostri Spinam, quæ in pulcherrimo seruatur sanctuario ostendendam tibi curabis. Hanc D. Ludouicus Francorum Rex, anno 1259. Lutiæ dono dedit F. Bartholomeo ex Bregantijs insignis pietatis viro, Vicetiæ Episcopo, & D. Dominici sectatori, anno qui postero eam Vicetiam vna cum pluuiali purpureo auratis variegatum gallis, quod antea ipsius Regis amictus fuerat, deportauit.

Rem quidem iucundam auditu PP. ipsi Dominicani tibi narrabunt; vbi scilicet culinæ focus est, fuisse olim Hæreticorum cathedram Arianorum, quos ipse, quem supra diximus S. Episcopus vrbe exegit, locumque suis Dominicanis Sacerdotibus dedit ad habitandum; diuinoque numine factum est, vt vbi ignis hæresis, prauarumque antea ardebat opinionum, ibi ignis persecutoris Hæreticorum nutriens deinceps aleretur. Est hoc cœnobium elegans, religiosum, verèque in vrbe primarium, in quo est Musæum nostrum, curarum, & cogitationum, vel cultus Dei causa, vel hominum vtilitatis, vel officij tuendi conscium à me susceptarum; in quo 20. amplius opera, vel ad diuinam Scripturam, vel ad Scholasticam Theologiam, vel ad Inquisitionis officium, vel ad latinam linguam, & italicam, vel ad historiam pertinentia a me composita inuenies; quorum plerisque adhuc in littura iacentibus extremam manum non imposuimus. Speramus autem nos breui, in lucem edituros Palatium, incantationum, Librum de Iure status Ecclesiastici, Beatæ Catherinæ Senensis Vitam, & Additionem, & Parœnesim in Marij Nizolij Thesaurum Ciceronianum.

Quapropter amici mei cum insigne, quo mea in
li-

literis studia, in S. Inquisitionis officio, erga vel Religionem meam obsequium, & in cœlestium contemplatione sollicitudinem hieroglyphicè insinuare adhortarentur, Lentiscum arborem feligendam putarunt, (hæc enim arbor perpetuò uiuet, terque in anno fructus profert, iisque semper grauata conspicitur.) Addiderunt pro anima, *Triplici solita grandescere sætu:* quæ uerba Cicero ipse in Lib. de Diuinat. ex uetusto poeta usurpauit dicens:

Lentiscus solita, &c.

Extat Vicetiæ Theatrum nobilissimum ab Academicis Olympicis iam diu ædificatum, in cuius 14 gradibus, & orchestra spectatorum plus tria millia commodè sedent. Quod cum vix ad tectum peruenisset, & adhuc imperfecta, & impolita essent omnia, idest nec gradibus, nec columnis, nec statuis, nec ædificijs ad fabulam agendam instructum esset, in eo exceptus est Gulielmus Gonzaga Dux Mantuæ, vir non tam dignitate, quàm ingenij excellentia conspicuus, ibique laudatus est pereleganti oratione ab Antonio Maria Angelello Academico, summis oratoribus ætatis nostræ anteposendo. Moscouitarum etiam legati quidam, qui per hanc Urbem Roma profecti iter habebant ad hoc Theatrum uisendū, & contemplandū ducti sunt, ibique & musica, & conuiuio honorati.

Non multo post Iaponensium adolescentes quidam ex Regia stirpe oriundi, comitante Antonio Posseuino, viro doctrina summis uiris comparando, & prudentia Vlyssi illi à poetis, & historicis celebrato anteferendo hoc Theatrum uidere uoluerunt, ubi Liuius Paiellus uir nobilissim⁹ inter Vicetinos Academicos acerrimique iudicij in litteris, & in poetica facultate excellens orationem luculentam habuit, in qua Iaponenses ipsos maximis affectit laudibus. In eodem excipiuntur quotidie Cardinales, Principes, & Urbis Rectores, orationesque habentur ab Academicis, recitanturque carmina cum magno hominum concursu. In illo acta est ann. 1585. Oedipus Sophoclis sub perillu-

ITALIÆ PARS I. 59

Iustri Comite Leonardo Valmarana Academię Principis. Ad quam spectandam magna ex finitimis Urbibus multitudo confluit, Venetorum maximè Patavinorum, & Veronensium. Ex quo factum est, ut Academici ipsi ter ipsam agere coacti sint cum maxima omnium admiratione, apparatus, & melodię, quę omnium famam, & expectationem vicerunt. Omitto elegantiam, & sumptum vestium, quibus eo tempore Academici vsi sunt. Nam non privati alicuius Urbis ciues, sed tot principes spectatorum oculis iudicati sunt. Quare qui spectaturi ibi sedebant nunc scenę aspectum statuis, columnis, & tot luminibus instructum, ut ex nocte dies factus putaretur, laudabant; nunc actores peritissimos admirabantur; nunc musicen ad cęlum tollebant; nunc Academicos ipsos per gradus, per scenam, & per Orchestram, ubi mulieres sedebant, cum ingenti voluptate intuebantur, & ut verè dicam, sex illis, aut septem diebus Vicetia non priuata Vrbs, & subdita sed alicuius Regis, aut Imperatoris sedes mihi visa est.

In fronte Scenę talis est inscriptio.

OLYMPICORVM ACADEMIA
THEATRVM HOC A FVNDAMENTIS
EREXIT, ANNO
M. D. LXXXIIII.

Andrea Palladio Architecto.

In atrio magno, & elegantissimo sunt Academicorum insignia, quę vulgò, Imprese, dicuntur, & supra tria ostia huiusmodi inscriptiones.

Olympicis excitamento.

Ciuiibus oblectamento.

Patrię ornamento.

Pri.

Primo tempore, vel & medio, & hoc ultimo quam docunque dicta fuit Vicetia, nec vlllo alio vnquam nomine extititque semper non magna Ciuitas, quia inter amplas Vrbes posita, nunquam vicus, aut oppidum declarant fundamenta, & ruderes ædium quarumcunq; in ciuitate, nullibi autem extra ipsius mœnia, quæ reperiri necessarium esset.

Aeris temperie, aquarum salubritate, terræ fertilitate nulli postferenda ciuitas. Lanariorum societate magna fruitur. Bombices vni hoc saluberrimo cœlo gaudentes immensos thesauros elargiuntur serici, quia solum trimestri tēpore nascuntur, moriuntur, reuiuiscūt, & in alia re nulla laboriosius, ingeniosiusve ipsa versatur, cum inuoluendo, deuoluendo, torquendo, retorquendo, centum mill. librarum eius prætiosissimi staminis, & mille alijs in modis sexcenti defatigantur artifices. Vnde in hac negociatione si minus præstant Vicetini, saltem cœteras Italiae vrbes æquare videntur. His ductus Paulus Tertius Pontif. Max. cum generale Concilium orbi Christiano indicere vellet, Vicetiam elegit, vti rerum quarumcunq; encyclopediam, & cuiuslibet nationi homogeam.

Prosdocimo Patauino Episc. fidem Christi prædicante, Apostolorū Principe Petro adhuc viuente, recepit fidei lumen Vicetia, quā cum suis Vicis refertā fuisse Ciuibus Romanis multa indicant; sub Romano etiam vixisse Imperio, inde conspicitur, quod Cicero ipse libro 2. Epist. dicit *Vicetini me, & Brutum præcipue colunt*: quiq; Brutos Cæsaris interfectores patronos habuerunt. Interdum libera suos ipsa populos moderata est, vt circumpositæ aliæ ciuitates, quæ cum Veronensibus confœderata, & Mediolan. Barbarissam Imper. bello præferunt, Italiaque repulerunt. Henrico Imp. Federici filio, cum cœteris præsidio affuerunt in Italiam peruento; Mediolan. auxilio fuerunt, & Cassino Turriano aduersus Vicecomites; Canem Scaligerum Veronæ Dominum, reducem fecerunt; prælium commiserunt in vrbe ipsa aduersus aggresso.

ITALIÆ PARS I. 61

gressores Patavinos, quos ∞ , fugarunt Vicetini. Urbem vastavit ipsam cum alijs Athyla Hunnorum Rex potentissimus vnde plurimi ad Venetas confugerunt insulas, insidentesque progenuerunt incolæ ipsi Venetos nobiles Grimanos, Aymos, Gradonicos; in eamque barbarè se gesserunt Berengarij, Vindelici, Scaligeri, & Insubriæ Reguli. Quo factum est, ut Vicetini, qui vicissitudinem rerum passi excidio toties, depopulationique fuere obnoxij, urbem toties eversam, genus hominum alioqui fortissimum viderunt. Coeterum anno à Virgineo partu 1404. conspirare cum 13. Heluetiorum Pagis, a quibus vehementer sollicitabatur recusarunt, & vltro Reipubl. Venetæ se dederunt, sub qua longa pace cuncta refouente quiescunt. Hominum in vrbe millia 30. hæc nobis scribentibus censa sunt. Vberrimæ multitudinis ingenia, instituta, mores, ritus, potentiam, splendorem domi, forisq; haud commemoro. Nobiles Familias habet 200. quibus 1600. in censu esse fama est. Ex sacerdotijs scutorum 125. mill. in singulos annos exiguntur. Annuæ nummum aureorum millia 8. ex proventu publico huic sunt; Principi soluit vectigali quotannis 80. mill. sine vlllo Reipubl. onere, vel militum, vel equitum.

Tria numerantur collegia Physicorum, Iurisconsultellionum. Ex more Consilio 80. virorum gubernatur. Habet & aliud Consilium D. Virorum, quod ter in anno cogitur, vt Magistratus, seruosque publicos fortiantur. Decem viri ex Patritijs, quos Deputatos appellant, rebus publicis curandis præsent. Consules 12. a quibus nõ est appellatio pro mortis processibus formandis, causisq; omnibus capitalibus iudicandis creantur, quod nulli alij non liberæ ciuitati in Italia conceditur. Præfecturis 11. quas Vicariatus uocant, potitur Vicetia, quod ad ius dicendum Primates mittuntur. Multi sunt in hac Vrbe Iudices oppidani, præcipuus autem vnus, ad quem non solum a Pedaneis Iudicibus, verum etiam (qua dignitate carent reliquæ in-

incontinenti omnes Vrbes Venetorum) a Prætoris Vicario litigantes prouocare solent.

Prætorem, Præfectum & Camerarium tres nobiles Venet. pro Repub. agnoscit, illisque obsequitur inuiolata fide. Multi fuerunt Vicetini morum sanctimonia imitandi, qui nunc vultui Dei assistunt in coelis. Foelix, & Fortunatus fratres; Leontius, & Carpophorus pro Christo martyres, Bartholomæus Episc. qui Spinam Sacram dono habuit. Ioannes Prædicatorius, super quem visus est Spiritus sanctus in colubæ specie dum populo concionaretur, hic dissidentes Lombardiæ ciuitates conciliauit, sedis Apostolicæ Legatus, Paulus Almericus Dominicanus, & plerique alij. Vicetiæ nati sunt, in diesque oriuntur Rom. Ecclesiæ Prælati, ex quibus extant Garzadorius pro Summ. Pont. apud Germanos Principes Nuncius, Chersif, & Ofluri Episc. Marzarius S. Seuerini, Saracenus Æmonien. Velius Lerini Præsules, quibus annumerandus est D. Gaetanus Thiennæus vnus ex institutoribus patrum Theatinorum. Literis præstantiores extiterunt Rhemmius Palemon Grammaticus illustris, & sui temporis primi nominis in Vrbe Roma. Omnibonus Rhetor cœleberimus sui sæculi, Gallus Poeta Aug. tempore. Antonius, & Bugamantes Lusci. Gaietanus, & Ferrantes Thienæi, quorum alter philosophia, & alter legibus in Gymnasio Patauin. eminentissimè claruit. Leonardus Portus, qui pondera, & mensuras Romanas adhuc incognitas aperuit in lucem. Ioannes Georgius Trissinus de quo alibi. Hieron. Gualdus litteris præstans humanioribus. Francanzanus, Montius, & Massaria Medici. Iulius Barbaranus I. C. & Promptuarij omnium scientiarum author. Bellius in celandis gemmis, & crystallo peritiss. Georgius Caput blancus annulum construxit digito portatilem, cum horologio mirandæ tenaitatis horas quascumque pulsantem, & indicantem, Nauiculam insuper constituit operæ pegmatico, vel authomaco, super mensam per se pergentem cum muliere ornata. lyram

ra
b
st
st
n
c
V
a
v
q
P
li
g
I
F
t
o
b
u
l
t
c
f
r
l
i
y
i
z
c
i
s

ITALIÆ PARS I. 63

ram pulsante, nautis remos agentibus, catulo in proa
 baubante. Palladius in architectura primarius no-
 stri temporis nunquam priscis inferior. Moderni re-
 stant aliqui, ætate sequenti ingenio, & litteris com-
 mendandi, qui magnam coronam I Conff. & Phyfi-
 corum, & Poetarum contexunt. Non inficior quidem
 Vicetinos ad arma propesos fore, mauortisq; asseclas,
 animum enim gestant viribus audacem, vt cum lacte
 videatur securitatem combibere, qua periculum, ne-
 que futurum expectant, neque presens horrescunt.
 Præcipuè in re bellica floruerunt Aul. Cecinna Vite-
 lij Imp. Legatus: Peredæus, & Vectaris Duces Lon-
 gobard. Ioan. Trauersus; Ioan. Clericatus; Leonardus
 Trissinus; Lud. & Octavius Thienæj; Petrus Franc. &
 Hippolytus Porti, hic Ducem Saxonie prælio supera-
 tum, & captum Carolo Quinto Imp. victori præsen-
 tauit. His coronidem imposuit Ioannes Thiennius,
 olim Brutiorum Pro Rex, & Neapolis Regum, ac Insu-
 briæ Ducum Legatus, Consiliarius, & Regulus. E vi-
 uis nunc illustres habentur alij inclyti nominis, & mi-
 litiã præclare persecuti. Alphonsus, & Aloysius fra-
 tres Porti, grauis, & equestris armaturæ ductores, qui
 costanti animo pace, belloq; Reip. Venetæ inseruiūt.
 Equites insuper, Comites, & Marchiones urbem
 suam amplificare contendunt.

Extra portam Veronam ducentem, ad dexteram vi-
 ridarium, & hortus est Leonardi Valmaranæ Comi-
 tis, cuius animi decor, & magnificentia, quamuis mil-
 le alijs in rebus clarissimè fulgeat, Principibus Italiæ
 nihilo minus charus, Rodulphi II. Imp. Philippi III.
 Regis Catholici, & Arciducū Austriac. intimus, illud
 sumptu regio plantari iussit, ornatum viuarijs, topia-
 rijs, labyrintho, arboribus omnigenis, præsertim Ce-
 dris, malis massilicis, & alijs centum fragrantibus, pa-
 rietibus indutis mali punici folijs, ædibus planicie,
 colle, ac summa rerum, quæ oblectari possunt amœ-
 nitate. Quamobrem, iure meritò in summa ædis co-
 ronæ scribi uoluit.

SI. TE. IMPRVDENTEM. GRAVIORES.
FORTE

HVC. VSQVE. INSECVTAE. SVNT.
CVRAE

EAS. VELINT. NOLINT. PROCVL
NVNC. VT. HABEANT. FACITO

HILARITATI. NANQVE. ET. GENIO
PARS. HAEC. POTISS. DICATA. EST

Dum fragrantia, & aspectu fructuum recreari incipies hisce uerbis admoneris.

CEDROS. HOSCE. QVI. DEMPSE-
RIT

FLORESVE. RAPSERIT

IS. SACRILEGVS. ESTO

VERTVMNOQVE. ET. POMONAE

QVEIS. SVNT. SACRI

POENAS. LVITO

Vtque pro comperto habeas Comitem ipsum urbanitate sua (quæ magna est) pectora metiri ingredientium, supra ostium exterius incisa ponuntur.

CIVIS. AMICE. ADVENA.

QVI. LOCI. AMOENITATE. CVPIS. OB-
LECTARIER

SECVRVS. HVC. INGREDERE

TEQVE. LARGITER. RECREA

NVLLVS. INTVS. CANIS. NVLLVS.

DRACO

NVL-

ITALIÆ PARS I. 65

NULLVS. FALCE. MINACI. DEVS
 OMNIA. SED. TVTA. BENIGNEQVE
 EXPOSITA

SIC. VOLVIT. COMES. LEONARDVS.
 VALMARANA. HORTORVM. DOMINVS.
 MODESTIAM. QVOD. TVAM. ET. CON-
 TINENTIAM. CVSTODEM. FORE. FI-
 DAT. OPORTVNVN. ANNO M D XCII.

Ibi propè est suburbium, & Templum SS. Fœlicis, & Fortunati Martyrum, ciuiumq̃ue Vicetinarum, antiqua Monachorum D. Benedicti Abbatia, vbi sacrum pulcherrimis marmoribus Græcè concinnatis incrustatum mirabiliter oblectat oculos. Ad sinistram, pratum latissimum, quî Campus Martius vocatur flumine cinctum habet. In hoc iuvenes in arenam descendebant, vt vario exercitationum genere corpora indurarent, flumina tranare assuescerent, & in quo, quotannis in eo nundinæ fiunt, & campestria belli simulachra spectantur. In theatro scenici edebantur ludi, quod nimia demum vetustate corruit, eius tamen vestigia ad hodiernam diem apparent.

Per portam Berici montis egrediens ad meridiem habebis in conspectu amœnissimos colles, & statim in principio ipsorum ascensus, Iacobus Bragadenus Urbis Præfectus arcu ex marmore superbissimum extruxit, cui Franc. Bernardinus Saracenus Vicetinus ciuis ornatissimus, longissimas, pulcherrimasq; Scalas ex eodem marmore adstruxit. Via reliqua ad templum vsq; lapidibus strata. Vtrunq; sanè opus luculentum, & augustum, quodq; elegantia, & sumptu quicquid est in Italia admirandum exæquare videatur. Horum operum duobus solidis lapidibus altero ad arcus, altero ad scalarum summitatem litteris in hanc sententiam excisis, memoria posteris prodita est.

E DEL

66 ITINERARI I

DEIPARÆ VIRGINI BERICÆ
MONTIS

IACOBVS BRAGADENO AM-
BROS. F. PRÆF. RELIGIONIS,
ET VRBIS AMANTISS. D.
M. D. XCV.

FRANCISCVS BERNARDINVS

SARACENVS

SCALAS. FECIT. EX. STIPENDIO

PUBLICÆ. PRIVATIM. Q.

COLLATA

ET. VIAM. RELIQVAM

AD. MARIAE. TEMPLVM. VSQ.

SILICE. PROMOVIT

CIC. IO C.

HOSPES. SI. PROPERAS

PAVLLVM. SISTITO

VRBIS. COLLIVM. FLVMINVM

AGRORVM. ALPIVM. ASPECTV

LABOREM. LENITO

ABI. PERGE PIVS

DEI. MATREM. VIRGINEM

SALVATO

STRATAE. VIAE. COMMODVM.

PIIS. PRECIEVS. REPENDITO

Si montem paulo plus passuum millibus ascende-
ris Iconem B. Mariæ Virginis multa edentem miracu-
la offendes, cuius inferius ad sinistram, palatium se-

ex-

ITALIÆ PARS I. 67

extollit sphaerica forma (nā iccirò Rotonda Italica lingua appellatur) tanta elegantia, & sumptuosè extructum, vt satis appareat Comitem Odoricum Capram splendidissimum, atque ornatiss. virum, quodq; caput est religiosissimum, illius esse dominum. Ibiq; intelliges quanto polleat ingenio Alexander Magantia Pictor, & quod penitiora sedulò tenet suæ artis, & penicelli. Superius Conuentus est hominum laicorum, qui rebus mundanis neglectis, rerum coelestium amore, & cupiditate se se in eâ solitudinē abdiderit; & tam sapienter excogitatis institutis, & legibus inferuitutem Deo se tradiderunt, vt ne momentum quidem temporis illis sit vacuum ab exercitationibus religiosis. Omnia habent communia, & vitæ innocentia memoriâ renouant SS. Patrum, qui in Ægypti desertis tanta sanctitatis fama floruerunt; eoq; magis quod nullum aliud memoratur in Italia nostrâ hac ætate inter laicos tantæ pietatis exemplum.

Extra portam S. Luciae, qua ad Orientem pergimus, vbi nunc PP. Camaldulensium habetur domus, habuerunt antiqui Vicetini Gymnasium publicum, & omnibus apertum. In suburbio S. Bartholomæi fruimur Palatio Academia vocitato, quia Parthenius multarum scientiarum homo diu litteras ibi docuit, erudiuitq; tanquam in Lyceo iuuenes nobiles Vicetinos maxime, ac Venetos. Hoc fuit à Ioâne Georgio Trissino Vitruuij regulis extructum, viridario, & picturis ornatum eo tempore, quo Romæ insudabat, vt apud Italos antiquorum ædificandi modus reuiuisceret. Andreas (qui postea Palladius) primi pili iuuenis in eo lapicidam se gerens, solertis ingenij vires indicabat, quibus à Trissino perspectis Romam perducitur, fouetur, & Palladij cognomine vocatur. Ibi Pompeius Trissinus egregiè cordatus, doctrina multa, & acri iudicio insignis facit, vt ad viuam effigiatam admirari valeas ipsius Io. Georgij Aui sui maiestatem; quodq; multa de vitijs, virtutibus, ac scientijs nobili penicillo tibi exhibeatur, vt merito dicas Io. Georgiæ

suo sæculo omniscium extitisse, oratorem, poetam, trilinguem, politicum, Principibus, & doctis quibusq; gratum.

Et ut finis demum his imponatur, magnum pietatis opus addo, quod in Italia nullibi reperiri scio, præterquam Vicetiæ. Sub D. Hieronymo tutelari sunt laici pleriq; mortificationi, & alijs pijs exercitijs assidui, in domibus proprijs viuentes, & liberi, quorum 12. qualibet anni hebdomada omnes infirmos, puerperas, egenos Vicetiæ vicatim, viritumq; semel inuisunt, verbis solantur, & cibis, & ut Christianæ religionis Sacramenta recipiant, incumbunt. Nullus est mercator, ciuis, aut nobilis, quem ipsi non rogent, nullum aperitur ostium ante cuius fores non sistant eleemosinam flagitantes; & hæc assidua cura 70. homines ad summum amore Dei afficit. Vnde nemo Vicetinarum, cum infirmitate oneratur, debet necessariorum desperatione occupari. Hæc sunt, quæ intra Urbem, & Suburbia.

AGER VICETINVS.

Via quæ Patavium ducit Palatium post tria pass. miliaria tenet dictum *Capinta* principe dignum, omni excellentia constructum, olim ab Alidosijs, nunc vero a nobili Bragadeno possessum. Et alijs tribus miliaribus confectis occurrit ad dexteram in monticulo Monsgaudia, olim Scaligeris in delitijs, nunc nobilibus Contarenis. Ex altera vero parte viæ in planitie spectandum est Palatium alterius Nob. Contarenæ, quod omni ex parte superbum, amplum, & magnificentum, ita quod, nihil in eo apparet non regia structura dignum, tanta fulget dignitate, pulchritudine, rerum & copia. Siue ad dexteram, siue ad sinistram oculos flectens, nobilia semper ædificia, colles Euganeos, nemora, & planitiem opimam videbis.

Egrediens Vicetia per portam quæ spectat ad Orientem *Camissanum*, in quo Vicarius vnus 38. locis pro
Urbe

ITALIÆ PARS I. 69

Vrbe residet, hinc Cittadellam nobile oppidum ad 15. ab Vrbe lapidem inuenies; pauloq; propius montes Castrū francum, & Bassanum, municipia suo iure, suisq; legibus vtentia, olim tamen Vicetinae diuisionis. In hoc itinere passim planities est fertilissima. Marostica in radicibus alpium Bassano millia passuum tria, Vicetia verò 14. abest. Iuxta montium cliuum Bragatia adiacet vicus magnus, & vini bonitate nobilis. In ipsis montiu iugis, sunt Septem Pagē illi opulentissimi, qui septem Communia dicuntur à Venetis ob fidelem bello Germanico operam Reip. præstitam immunitate donati, fortitudine insignes.

Si Vicetia à Septentrione discedes 15. milliario ad Thienem vicum, omnibus florentissimum peruenies, cui præest Vicarius iudicens locis 21. Vnde ne abito, non viso palatio illo Portorum Comitum magnificentissimo hortis, fontibus, labyrintho, topiarijs, alijsque totius Italiae pulcherrimis, & amoenissimis rebus. Supra millia pass. tria est Pluenus viculus. Hinc in Sumanum montem tribus millib. pass. amplius in cacumen elatum patet ascensus, non minus nobilium stirpium varietate, quibus passim abundat quam prisca religione qua antiquitus fuit, vbi Idoli cuiusdam templo destructo B. Prosdocimus Patau. Episc. Templum B. Mariæ clarum miraculis exædificauit.

Vlterius procedendo Territorij confinia in faucibus montiu reperiuntur, fluuijque duo Asticus, & Posena troctarum scitissimi, licet paruarum saporis abundantissimi. Retro, & per montis Sumani radices iter faciens, ad Scledum paruae vrbis speciem habentem, te conferes, vbi magni ex mercimonijs faciundis quaestus, præsertimq; ex pannis contractioribus primæ notæ, & vellere nobili. Supra 5. millia in eo viuunt homines, industriosi, nobilitate vigentes, & acumine spirituum. Idcirco viros illustres, aluit, alitq;. Trans mons est, in quo pagus Trectus nomine, pulcherrimo prospectu, aquisq; tam mollibus, vt manus mihi lauati oleum videretur. Superius Nouegna

mons occurrit, caseo, qui illic præmitur, mirifici saporis decantatissimus. Retrorsum a Seledo Vicetiam versus Maladam vicus urbanus obuius tibi erit, quorum locorum ab occidente latera fertilibus, & amœnis collibus clauduntur fructuum, & vini optimi supra modum suo tempore ornatis. Seledi Vicarius residet uillis quindecim, & Maladi 6. forensi iudicio cui libet suum tribuens. Ab eadem parte Vicetiæ Veronenses, ad quos per campos patentes itur, proximos habet. Non longè a Vicetia Ulmus locus, ubi Maximill. I. Imper. exercitus anno 1510. fusus, fugatusque fuit, tibi monstrabitur. Ultra quem millia passuum, tria in dextra uia parte Monticulus pagus est in longitudinem stadiorum octo porrectus, Vicarioque regitur, qui 6. locis præpositus est. Haud procul hinc 8. a Vicetia milliario Cornetum pagum uidebis, inde in superiori planitie Valdaneum frequentem uicum, lanificio deditum cuius Præfecto loca 14. parent. Nec silentio inuoluendum Ioann. Baptistam Valdaneum Vicetinum Ciuem arborè pyri unici cuiusdam generis habere generosissimis, dulcissimisque pomis fertilem, cui similis in tota Italia longa, & diligentè inquisitione non est inuenta. Superius est Recubarium, de quo inferius erit sermo, & uia ad Vallem Arsam, & ad German. ss. Reuertenti tibi in Monticulum, ad montesq; sinistrorsum subeunti mill. XIII. Arx Iani uicus frequentissimus est, vulgè Arcignanū, & ut Epitaphia à Romanorū temporibus, usque fidem faciunt antiquissimus occurrit, ubi lanarū mercatura magna, & copiosa. Hic locus anno 1260. sub Imperio Comitum Eganorum ciuium Vicetinorum fuit. Propè Arcignanum Clampus est uicus, cuius mentionem faciemus iterum, a dextera eius in montibus S. Ioannem Ilarionis, & *Gianni della Rognà* pagum inuenies, ubi tellus feracissima pyras dicta *Garzagnuols* suauissima inter suauiora gustui.

Descendens, & in viam regiam rediens ad Montebellum vicum non longè eadem uia ad fines

Vc-

ITALIÆ PARS I. 50

Veronenses peruenies villarum sex caput .

Extra eandem portam Sancti Fœlicis stadijs quadraginta confectis ad sinistram flectendo meridiem versus Brendularum Castellii vestigia cernes, vbi Vicarius locorum decem residet, & quindecim a Vicetia lapide Leonicum oppidum in planitie omnibus rebus, & pane præsertim candido locuples, & refectum, in quo ciuium trium millium habetur numerus. Patria fuit Nicolai Leoniceni præclari Physici omnimodarum literarum gnari, Græcè præsertim linguæ instructissimi. Ferrariæ docuit, & apud Prædicatorios sepelitur ea ciuitate donatus. Quattuor sunt loca Leonico subiecta, & Nobilis Venetus præest eorum ciuilibus causis, & ad certam vicem summam, vltra quam Vicetiæ de iure respõdetur, vltra quinque milliaria in locis maximè frumentarijs maximamque cannabis vim, & naturali Veneto vtilitatem ferentibus, Colonia oppidum nobilissimum, singulari quadam ciuium humanitate præditum, duodecim pagorum caput situm est. Alit personas supra tria millia, quæ inter ciues contrata Iudeæ Venetiarum annumerantur. Hinc stadia 16. Patritius Venetus de gente Quitina villam, quam perpetuò paries ambitu amplectitur, vbi persicæ & pyra tantæ magnitudinis oriuntur, vt stupori, & admirationi hominibus sint. Apud Coloniam ingredieris viam qua Montanianam, & Mantuanam abitur.

Habet Vicetia ab Australi parte continuos colles, quos lingua Italica Riuiam vocant, multarum rerum feraces, amœnissimam quidem oram, cuius Barbaranus vicus caput est præfectura 11. pagorum. Eodem tractu Aurelianum, decem pagorum Vicarium habet; Nouentam, Mossanum his in locis omnium rerum sed præcipuè frumentariæ vberissima sunt, & Vicetinus ager Patauino, & Attestino terminatur.

Inter Leonicum, & Barbaranum quinto a Vicetia

tia lapide Custozza sita est pagus hoc tempore superioribus seculis castellum munitum Custodia appellatum, quod in eo fontes custodiebatur. Ibi specus est potentissimum naturę opus, humanaque industria portentosius redditum. Est enim antrum immane, quod impositum excauat montem, quo hiatus non satis amplus, si tantę moli comparetur, non sine die deducit, vltterius autem progredienti trāsitus est per tenebras, vbi verò ad mediam peruentum est inanitatem tanta inest obscuritas, vt propter hanc, & propter inextricabiles itinerum ambages, varioque cursus, ac recursus, ni fida essent lumina, quę sæpius extincta è venis silicis excussa petuntur, incassum gradum reuocare subeuntes niterentur. Mille, & amplius vastis fulcitur columnis, in quibus vestigia opus humanę apparent, quasque ne sæcula quidem demoliri possint, tectum fornicum instar concameratum, cubicula, & furni malleis, scalpellisque fabrilibus in saxo incisi sunt. Superioribus namque temporibus, cum regio vniuersa bello arderet, ingens hominum uis, sæua barbarorum rabie effugienda huc confluit, speque sua frustrata non est. In hoc perennes fontium scaturigines, quę immerguntur in saxa vertentes emanant; pisces tamen, quod miraculum auget, alunt, & salubres potui haustus non negant. Habet columnas quadratas circiter mille, concinnatas a lapicidis cum lapides excidebant, quibus antiquitus Patauij, & Vicetię domos extruebant, apparentque adhuc signa rotarum, ingentiaque saxa circumcisa, ut auellerentur, memorabiliaque alia. Huius forma est quasi pyramidalis, & longitudo septem mill. passuum, esse prohibetur, cum a Custodia, quinto ab Vrbe lapide, vbi incipit, Brendulas usque in quas desinit, si recta linea interiacens spatium dimetiatur tot mill. pass. interuallum esse constiterit. Inferius in frago cauernę quędam sunt, quibus venti, qui ex penentralibus montis oriuntur, tamquam ductibus ad ædes, & cubicula ipsa perducantur, &

ITALIÆ PARS I. 73

ut libet, ex quibusdam hiatibus emittuntur, & obici-
bus comprimuntur, quod unicum est in Italia. Ego cum canicularibus diebus æstus uitandi causa
illuc me contuliffem, apud Trentos omni humanita-
te, & magnificentia præditos, ipsorum ventorum
emissione, ita refrigeratus sum, ut in brumam repente
incidisse mihi videret.

Hominum in territorio millia centum, & triginta
hoc anno viuere compertum est, qui in dies vrbes
frequentantes, & sua inter se commetcia exercentes
efficiunt, ut in ea commodius iuuatur, qua n vsquam
alibi. In hoc agro oppida florentissima, pagi popu-
losi, viri frequentes, villæ in oppidorum modum ædi-
ficatæ, quæ omnia numero sunt 222. 14. flumina par-
tim magna, parua partim per agrum Vicetinum fluunt,
in quorum ripis, molæ, ferræ, piltrina chartacea, ma-
chinæque aliæ multæ, Adhæc ex montibus torren-
tia descendunt. Lacus ipse ager tenet 5. in quibus
aquis omnibus murenarum, fluuiatilium, troctarum
ranarum, thymalorum, mugylum, pisciumque alio-
rum copiosa piscatio. Laudatissimæ sunt troctæ al-
bæ, & rubæ Astici, Pusnæ, canerique Viuarij.
Vna piscatio aliarum rerum copiam respondere non
videtur; suppeditat tamen ad incolarum victum.
Carnium propter montana pascua sapidissimarum
eadem vbertas, venatio, & aucupium ad satietatem
vsque. Sunt damæ, capræ, apri, perdices, coturni
præcipui saporis aues. Est & in agro Vicetino Atta-
gen auis carnis lautissimæ, & in montibus Recubarij,
supraque Furnos Montanus Gallus tribus in pectore
pulpis, quæ alibi nusquam Sarmatiam præter inueni-
tur. Territorium hoc, leguminum, frumentorumq;
potissimum quibus candidissimus conficitur panis
fertilissimum est, præsertim in locis meridiano soli
expositis inter quos Nouéta, & Poliana primas sibi
partes iure sibi vendicare videntur. Recenseri non
possunt varios greges, opima armenta, quibus sem-
per lactis, butyri, nouorum fœtum copia habetur.

& casei; potissimum casei montis Nouegnae inter omnes æstimati; quibus etiam pretiosa lanarum vellera abundant Arcisiani maximè Clampi, Scledij, Valdanei, vbi panni latiores primæ notæ perpetuò texuntur. Apes, bombices, aliasque uillaticas pastiones calamo assequi non possumus; sicuti nec quot fortia taurorum colla iugis iungantur, quot superbi equorum pulli domantur.

Hic pinguis olei liquoris, pomorumque omnium mirus est prouentus, vt prouerbio iurè dicatur Vicetiam hortum esse, ac viridarium Venetæ Urbis. Quod verò ad vinum attinet, etiam in prouerbium cecidit, vt vinum Vicetinum generosissimum scilicet totius Italiæ citra Lyrim significantes, dicamus. Quodque mirum dicas, in magna vini copia, magna etiam eius est, pro ingenio terrarum varietas. Optimum omne, & stomacho conducibile, lene, acutum, austerum, iucundioris tamen saporis, quod in Leoniceno monticulo, in Igniachi, Trissini, Barbarani, Bragantiæ, vicinorumque locorum collibus oritur. His dotibus præditus est Vicetinus ager, qui insuper callidis irrigatur fontibus, vnde agris facillè reparatur, & in Mussano habet sulphurea balnea, eiusdem vis ad sanitatem restituendam, quam in Aponensibus esse experiuntur homines. Caldararia, que in agro Veronensi non amplius 20. mil. passuum absunt. Medicas fundit herbas, succos edit, liquores alit, sapores elargitur. Habent Recubarij montes Tridentum versus argenti fodinas, & Molarum lapides. Præter metalla, varia diuersorum lapidum, præciosique marmoris genera, sulphur, calcanthum, ac tot alias terrarum diuersitates pariunt, quarum candidissima est ea, que aqua diluta, & donec confidat reposita in pastillos digeritur, ac solibus siccata per regiones varias, præcipuè ad patinaram albariam, que lacteo colore commendantur, interpolanda circumferatur. In Valdaneo marmorum Carrariensibus similitum, in Clampo Istriatis, in Subitio petra candida,

&c ad

ITALIÆ PARS I. 99

& ad scalpendum molles excinduntur. In Summo, Trectiq; monte argenti quoque, & hydrargiri uenæ, gris, ferri, & plumbi metalla fodiuntur.

Non desunt postremò huic Vrbi fertiles campi, qui fœcundi sternuntur, tepidi colles, qui vitiferi cõsurgunt, gelidi montes, qui herbofi attoluntur, valles opacæ, fontes irrigui, lacus vberes, amnes fluentes, saltus patentes, syluæ feraces, nemora umbrosa, quibus copiosa lignorum strues igni colligitur, mira q; proceritatis arbores omnifariam ædificiorum vsui nobilissima materies cœduntur. Hinc foelix illa Barbarani ora, hinc subalpinorum iugis amœnitas, hinc cœterorum fortunata regio, longè, latèque patet noui aliquid semper parturiens, quo libentiùs vita sustentetur, & delitijs æquè, atque alimentis seruiens nostris, benigna in humanos vsus elargitur. In his incertum Liber pater, an alma Ceres melius colatur, Palladi vbi, & Pomonæ suus quoque est honos, vt citra hyperbolem dici possit, hoc vno in loco humanæ Voluptatis certamen reperiri. Territorij Vicetini latitudo est millium passuum 25. & ab orientis parte Bassanensibus, & Patauinis, ab occidentis Veronensibus terminatur. Longitudo verò est ad pass. mill. 70. quo ad Attestinos, & Montanianenses procedit, ab Aquilonari parte montes altissimos Italianam à Germania diuidentes terminos habet, sicut ab Australi colles Euganeos, & ab Orientali plaga patet in planitiem.

V E R O N A.

Verona Vrbs Italiæ clarissima ab Hetruscis originem habuit, unaque ex duodecim fuit, quæ cis Apenninum illorum paruerunt Imperio, quibus pulsas a Gallis Cœnomanis ampliatur, & augetur. Nomen à Vera familia inter Hetruscos nobilissima sortita est. Collibus proxima, qui spectant ad meridiem, ferè

ferè in planicie, forma quadrata, exigua tantum parte se coarctans sita est. Passuum millia septem ambitu complectitur, sine pro oppidis, quæ undique amplius passuum millibus extenduntur. Octauij Aug. tempore, longè maior Verona fuit, quod propterea nonnulli affirmât, quod in ea militum scribebantur quinquaginta millia. Quod minimè miror, cum uideam Cornelium Tacitum Hostiliam, quæ ab ea 30. mill. abest, eius suburbium appellare, quare quis dubitet illam hominum habuisse 200. millia? Idcirco Martialis uocat eam grandem, amplissimam Strabo. Est natura, & situs opportunitate satis munita, arte uerò planè efficitur munitissima.

Schol. Videbis nouas munitioum Urbis structuras, quibus Veneti maximis operibus, & sumptibus, continuoque studio, pro sæculi huius ambitione contendunt Urbem illam inexpugnabilem reddere, immanes aggeres, spissimos muros, turres, ac propugnacula tormentis bellicis armata, fossas profundas, atque latas, quas Athesis intromissus redimplet.

Caput. Arcem habet in planicie propè flumen, in monte uerò duas, alteram Sancti Fœlicis, alteram S. Angeli recentiore, Urbi quæ imminent, totique planicie, ad omnem vim hostium sustinendam instructissimæ. Portis aditur quinque non tantum artificio, & operibus admodum munitas, sed etiam sculpturis, statuis, & marmoreis columnis ornatas. Intus multa sunt, miram quæ arguunt magnificentiam, & antiquitatem. Nam, & vestigia maxima Theatri sub arce S. Petri cum integra scenæ porta in colle cernuntur, & Naumachiæ, quæ fuisse dicitur, ubi nunc PP. Dominicanorum horti.

Schol. Perges etiam ad forum boarium, & videbis vetustissimam, & è quadrato saxo peramplissimam Amphitheatrum molem, quam *Arenam* ciues appellant: Cuius exterior paries quattuor zonis pulcherrimis cinctus, totidem columnarum, arcuum, ac fenestrarum ordinibus, quadruplici opere. Dorico uidelicet,

ITALIÆ PARS I. 77

et, Ionico, Corinthio, & composito, in admirandam extollebatur altitudinem: quemadmodum ex dicti parietis quattuor arcuum parte colligi potest, quæ sola reliqua manet adhuc erecta. Totum enim exteriorum amphitheatri circulum barbari posterioris sæculi, sublatis ad alia ædificia marmoribus, usque ad fundamenta sunt demoliti, atque tantæ maiestatis opus non secus, ac formosam, adornatam, ac longè conspicuam Spartam quandam discerpta pulcherrima veste turpiter admodum denudarunt. Ex reliquis tamen, veluti ex vnguibus leo, totius structuræ magnitudo facillè cognoscitur, & quanta eius ars, ac pulchritudo fuerit. Ordinem enim vnumquemque parietis exterioris 72. portas, vel arcus, totidemque columnas habuisse, docet ipsa circularis proportio, & architectica dimensio. Tertium autem operis Corinthiaci 144. statuis collosseis inter arcus, & columnas redimitum fuisse, loculi, & vestigia demonstrent.

Introductus in porticus triplices interiores concaemeratas totam machinam circumambientes, vehementer admiraberis viarum, ac graduum labyrinthos se inuicem occurrentium vndeque, quibus populus scandere in porticus superiores, & in ipsa caueæ interioris sedilia, vel descendere, & exire sine turbæ obuiantis impedimento, quàm commodissimè poterat. Ingressus arenam mediam, gaudebis videre plantitiem ouata specie extensam in longum decempedas 39. in latum verò decempedas 22. cum dimidia, circumseptam vndique sedilium ordinibus quadraginta duobus, gradatim, decliuus tecti in modum supra porticus interiores ascendentibus in altum: Quæ tantæ sunt capacitatis, vt supra viginti tria hominum millia per circuitum in ijs commodè sedere potuerint. Spoliata quidem iam olim fuit a barbaris interior hæc amphitheatri cauea marmoreis suis subfellijs, sed nunc equester ordo nobilitasque Veronensis eandem suis impensis restaurauit, marmoribus.

busque Vestiuit. Quæ festiuis quibusdam diebus populo venationes, ludus equestres, ac pedestria certamina publicè in eadem arena, maiorum more, solet edere. Quis autem huius, tam egregiæ, & immensæ machinæ fuerit auctor, apud veteres auctores mentionem nullam inuenimus.

Torellus Saraina Veronensis, doctissimus vir, Augusti Cæsaris auspicijs, tam *Amphitheatrum*, quam *Theatrum* Veronæ conditum esse, varijs coniecturis, & argumentis probare conatur. Constat enim, teste Suetonio, Augustum plurimas per Italiam Colonias, vel deduxisse, vel operibus, ac vectigalibus publicis plurifariam instruxisse. Suffragantur insuper, vt Torellus affirmat, quædam chronica, in quibus legitur *Amphitheatrum*, quam *Arenam* vulgò uocant, anno quadragesimo secundo Augusti extructum fuisse. Adstipulatur item Cyriacus Anconitanus, qui in *Itinerario Illyri* plures urbium antiquitates collegit, scribens existimari *Verona* cõstructum *Labyrinthum* (sic enim appellat Amphitheatrum) quod *Arena* nunc dicitur, anno Imperij Octauiani Augusti trigesimo nono. Coeterum de tanti operis auctore cuiuslibet suum sit iudicium. Moles, ac magnificentia insignis eius ædificij, nec non artificum, & architecturæ perfectio nobis facillè persuadent; non rudi, & impolito, sed ad Romani nominis æternitatem florentissimo sæculo Imperij, cuius potentiam repræsentat, tantam machinam excitatam fuisse.

Capug. Haud procul gladiatores in ludo, in arte armorum ludicra, a lanistis ad spectacula postea edenda exercebantur; nec non triumphalis arcus monumenta C. diario Cimbris in campis Veronensibus deuictis, honoris ergò erecti apparent, frontispicijque fori magna ex parte antiqua, & optima architectura. Hic *Æmilia* Via, quæ Ariminum, Placentiam, Veronam, & Aquileiam ducebat fuisse perhibetur, in qua arcus marmoreus Iano, cui etiam templi in col-

ITALIÆ PARS I. 79

colle vestigia aliqua dicatus exigua parte cedens æte-
 ti, multisque hieroglyphicis ornatus conspicitur.
 Erant in via Æmilia quadriuia marmorea multa,
 quorum tria extât adhuc, ex quibus vnum a Vitruvio
 exædificatum, veram perfectamque architecturæ nor-
 mam hominibus monstrare videtur. Habet Verona
 Thermarum ruinas mirandas, cameris vermiculatis,
 iudicia templorum, palatiorum, aquæ ductorum, co-
 lumnarum ex marmore pario, & aphricano, basium,
 epistyliorum, statuarum, inscriptionum, antiqua ædi-
 ficia multa, numismata argentea, aurea, ærea, urnas,
 vasa, sepulchra, signa verendæ antiquitatis. Nam
 & incendijs, quibus ab Athyla Hunnorum Rege fo-
 data est, viginti pedes, quibusdam in locis illius ve-
 tus pavementum obrutum fuit, multaque signa nobi-
 litatis. Palatij publicis, & privatis sumptuosissimis
 ornatur, inter quæ Prætorium primarium forma te-
 tragona, aulis quattuor, & curte itidem tetragona,
 & spatiosa, in hac est aula aded magna, vt palatij spe-
 ciem habeat ad publicas res tractandas, concilium-
 que cogendum ciuitatis. In eius tecto in vltima co-
 ronide Cornelij Nepotis Æmilij Macri veterum poe-
 tarum, Plinij Historici, & Vitruuij architecti statua
 marmoreæ sub dio collocatæ sunt. Apud hæc Hie-
 ronymi Fracastorij statua in satis eminenti arcu posi-
 ta conspicitur. Hi omnes Veronenses.

Duo ipsa Præsidum palatia in primis laudantur,
 Canosorum deinde, Beuilaquarum, Mezarorum, Tu-
 storum, Meglorum, Laziforum, Rodulphorum, Veri-
 tatum, & Morandorum. Æs campanum publicum
 in pulcherrima, ac altissima turri pulsatur. Forum
 mercatorum est frequentissimum, vicus, vbi pannis
 recenter textis lana carduis inducitur, & vbi a fullo-
 nibus ab immunditijs repurgantur. Locum aptissimū,
 ac spatiosissimū antiquo nomine Martium Campum
 appellatū ad lustrandos, & exercendos milites habet.
 Fora, quò ad mercatum cõfluitur, multa. Alia, quò no-
 bilitas, alia, quò mercatores conueniunt. In primario
 Mer-

Mercatorum fons est nobilissimus statua marmorea antiqua Veronam repræsentante, ad cuius pedes regnum diadema iacet. Athesis fluuius amœnus a Virgilio vocatus, ex Tridentinis Alpibus defluens, planitiemque a collibus diuidens, ad spectum habet pulcherrimum, maximeque admirabilem, placido, ac fluuioso agmine, hic totam irrigat urbem, duobus ad altiora loca riuulis ductis. Veronam ex Germania, & Venetijs hoc flumine variæ merces conuehuntur. Pittrina in vrbe, & extra multa, aliaque ad hominum vsus ædificia accommodata. Quattuor transitur pontibus miro artificio confectis, quorum qui in Arce, est arcibus duobus antiquitate, & elegantia operis admirandis est auctus, vbi situs ad aspectum præclarus, nec Europam pontem alium magis affabrè, aut magnificenter extructum habere putamus. Annona copia supra, quam cuiquam credibile est. Fructus omnes sepidissimi, imprimisque foci Bardolinenses Benaci Carpionibus, Sardinijs, alijsque optimis piscibus vescitur; carnibus verò propter aprica, & odorifera pascua, saporis scitissimi. Vinum in collibus prouenit generosissimum. Coelum clemens, & purum, fortasseque nimium tenue. Lanæ, sericique mercatura hac in vrbe aded viget, vt inde ad hominum ferè viuant 20. millia. Hetrusci, Euganei, Heneti, Galli, Romanique, quorum foederata, iure latij, suffragiorum, comitiorumque Romæ fruebatur, Veronæ dominati sunt, in eam colonia deducta nulla, sed in Publicia Colonia scripta fuit, multisque Magistratibus Veronenses Romæ functi sunt. Quattuor viri in ea Urbis amplitudinem arguebant, qui enim in hoc erant Magistratu, ut Cōsules Romani, merum, & mixtum habebant Imperium, a Ciuitateque vnà cum coeteris magistratibus creabantur. Quorum ad hanc diem non obscura uestigia seruantur, cum Consules, Sapientes, Consilium Duodecimuirum, quinquaginta Virum, & 120. Virum, & Præfectū Domus negociatorię labente. Habente Romano Imperio,

ITALIÆ PARS I. 81

mus negociatorię habeat. Labente Romano Imperio, Barbaros aliquot Tyrannos passa est, quibus ab Ostrogothis pulsus, ijsque a Longobardis, qui annos 200. in eam Imperium habuerunt, ad Caroli Magni successores Pipinum scilicet, Berengarium, & alios qui in ea Imperij sedem (quod prius fecerat Alboinus Primus Rex Longobardorum) collocarunt, Imperium eius translatum est.

Regnante Othone Primo, libera iterum facta est, seditionibusque exortis Ezzelini Tyrannide, Scalligerorum Ciuum suorum, qui annos 200. in ea dominati sunt, aliorumque oppressa, vltro Venetis, mirae iustitię fama in Italia regnantibus, se subiicit. Ab Eupropio, a Principe Apostolorum misso, dogmata Christi accepit. Episcopos 36. in Sanctorum numerum relatos habuit, inter quos magni nominis est S. Zeno Veronę protector, cui Pipinus Magni Caroli filius Templum duodecim, auri libris annuis auctum dicauit. Summum Templum magnum, augustum, multo auro, & argęto opulentum, Collegium Canonicorum, quibus diuinarum, humanarumque rerum etiam nonnullarum est concessa potestas, nobilissimum habet. Templum Sanctę Anastasię, vbi Fratrum Prędicatorum domicilium, pulchritudinis est insignis, quam multum auget Iani Fregosij Genuensium Ducis statuis marmoreis, & eius imagine conspicuum sacellum. Longum esset singula Tempora, Oratoria, Societates religionis ergo, Collegia, Cœnobia, Hospitales, Domos prosequi, quibus Urbis propensa ad pietatem voluntas apparet. Cum optimis Episcopis nunquam non floruit, tum hoc tempore Augustino Valerio integerrimo, atque innocentissimo, Cardinalique Amplissimo, in quo, & Ambrosij, & Augustini, qui que Sanctorum Patrum sanctitate, & doctrina claruerunt, ad vitam reuocati spirare videntur. Nec silentio prætereundum, Ioannem Matthæum Gibertum multarum Ecclesiarum ad formam meliorem redigendarum authorem fuisse. Cuius

F alumnus

alumnus fuit Nicolaus Hormanetus, a quo Carolus Borromæus tot sanctorum virorum Doctor, & institutor, Cardinalitijque Collegij sidus micantissimum præclare ad pietatem fuit eruditus; Ecclesiamque Veronensem post Gibertum, ante Tridentinum Concilium institutis, quibus nunc omnes vtuntur, restitutam fuisse. Venerationi est Veronensibus Lucius Tertius Pont. Max. qui Veronam Concilium indicturus profectus, ibi mortuus, & in primario Templo sepultus est; ibique in illius locum Urbanus Tertius suffectus. Est Verona populi multitudine adeo referta, vt 70. millia habitatores habeat, illusterrimisque, & magni nominis familias, viros virtute bellica insignes, equites, exercituum Imperatores, equitum Cataphractorum Magistros, Duces, Tribunosque militum innumerabiles, Consules Romæ multos, Imperatores, a Tito Flauio Veronensi oriundos, tres, Vespasianum scilicet, Titum, & Domitianum. Viros præterea Sanctos, & Beatos non paucos inter quos Sanctus Petrus Martyr Ordinis Prædicatorum Mediolani sepultus, maxima veneratione colitur, domusque in qua natus est, in D. Stephani vico adhuc inuisetur. Habent ingenia Veronensia, & Urbis illius genius magnam ad litteras propensionem, quare multi in omni genere doctrina præstantes ex ea, tanquam ex equo Troiano, singulis sæculis prodierunt, Prælati doctissimi, Senatores Romani prudentissimi, omnium scientiarum in primarijs orbis Gymnasijs publicè professores, Excellentissimi Rotæ (vt vocant) Auditores, Poetæ, Grammatici, Medici, Iurisperiti, Phylosophi, quot uix alijs urbibus contigerunt. Quot autem ad omnem excellentiam præstantiam hæc tempestate in ea floreat, ac vigeant ingenia, enumerare non est consilium. Sciendum tamen quinque illos de re litteraria optimè meritos viros, qui in Palatij publici superficie statuas habent, Veronenses esse, infinitumque litteratorum virorum, qui è vita migrarunt, præclaræ Urbis, recenseri posse

cata-

ITALIÆ PARS I. 83

catalogum. Nec defuerunt Veronæ mulieres, quæ non solo Græcarum, & Latinarum litterarum, sed omnium maximarum scientiarum cognitione cum viris de gloria certarent. Ex quibus, quis est, tam remotus orbis terrarum angulus, ad quem Isottæ Nogarolæ notum non peruasit? At, ne longum faciam, est Verona situs opportunitate, agri fertilitate, clementia coeli, antiquitate, nobilitate, pulchritudine, munitione, artibus, negotiationibus, litteris, armis, ædificijs antiquis, & recentioribus, iisque omnibus, quæ perfectam Urbem constituere, & reddere possunt, quæque ad ciuium quoque pertinent. Fœlicitate, mirabilis, planè cunctis (pace aliarum dixerim) superior. Nec mirum est Imperatores antiquos multos loci rebus adductos, plures menses in ea commoratos, ut legere est in Codicibus Theodosiano, & Iustiniano; Albinumque Primum Longobardorum Regem, & Italiæ Reges ipsos Pipinum Caroli Magni, Berengarium, & alios sibi eam domicilium delegisse. Et ne huic vrbi dignitatis aliquid desit, etiam præstat illustri Phylarmonicorum Academia litteris, & virorum ingenio clara; & alterius verè Nobilis Beuilaquei, apud quem vocibus, & instrumētis iucunde pluries in mense, æmulantur Sirenarum concentus. Iure ergo dixit Cotta elegantis ingenij nostri temporis vates.

*Verona qui te viderit,
Et non amarit proinus
Amore perditissimo,
Is credo seipsum non amat,
Caretq; amandi sensibus,
Et odit omnes gratias.*

AGER VERONENSIS.

Agri Veronensis latitudo hoc tempore octoginta ferè passuum mill. occupat; à finibus, s. Torboli, agri Tridentini castelli; meridiem versus ad Polyne sim Rhodiginam, vsque. Ab Orientali verò parte, idest à finibus Vicetinarum, vsque ad Brixienfes qui sunt ad Aquilonem, passuum millia circiter quadraginta sex. Longitudinem, quà ad Orientem solem vergit, & ad Septentrionem, & pertinet ad Vicetinos, 15. milliariorum habet. A meridie Patauinos ad trigèsimum milliare finitimos habet planicie fertilissimos. Ab occasu Aquilonari passuum millib. 25. ferè montuosus est. A meridie Orientali se longè latèq; expandens fertilissimus est, & mille passibus triginta Ferrariéses, Mátuanos verò duodecim attingit. Amplectitur hæc ora amplos, & fertiles agros, æditissimos mōtes, amœnos colles, densissimas sylvas, & nemora, in quibus omnibus limpidissimarum aquarū scaturigines. Flumina minora nouè. Minores plures, & regale flumen, quod inde habet originè, & totam ferè regionem alluit. Nusquam frumenti, & vini vberior prouentus. Rhætico certè vino constat Augustū delectatum, vuis verò Veronensib. Imperatorem Tiberium. Olei, pomorumq; suauissima magna copia. Notandū in primis hoc esse proprium pomis Veronensibus, vt ferant ætatē præter cœtera, nihilque aut de pulchritudine, aut de suauitate amittant senescentia. Auium præterea, agrorum, sædorum, vitulorum, & casei, propter montana, campestriaq; pascua saluberrima, præstantissimi. Canabis item leui, discolorum lapidum, indicum, & candidorum, in quibus mirabilia quædam vi, & influxu impressa cernuntur. Pagi pulcherrimis palatijs ornantur, vbi, & multa turrium ruderæ; nec mirum cum Veronæ turres amplius 70. cernerentur; tandem, ne longum faciam, nihil est in agro

ITALIÆ PARS I. 85

agro Veronensi, quod à te desiderari posse videatur. Agrum Veronensium intra Orientem, & Septentrionem versus visurus, per portam egredere Episcopalem, ad læuamq; flectito. Occurrent primo colles fructiferi, habitantibusque frequentes, rudera antiqui oppidi, agriq; patentes millia ferè passuum tria, in quorum initio vicus est S. Michaelis, & in eius parte vltima Deiparæ Virginis Templum magnificè extructum, & miraculis nobilitatum. Vltèrius Vicum S. Martini chartarijs officinis opulentū inuenies quincto à Verona lapide, superiusq; magnū Templū (Diu Jacobi appellant) inchoatū conspicies. Inde ad dexterā Calderiam balneis, & ad mulierū depellendā sterilitatem, & ad renes refrigerandos apprimè vtilibus nobilē. Domitiū protulit, quē ideo Calderinū vocabant, acri, quē fragrantiq; ingenio ad gloriam anhelantem Roma excepit, & extulit. Eo in loco fama est fuisse oppidum magnum, antiquum, & nobile, prope quod vincit adhuc iniuriam temporis Templum Iunonis, nunc S. Matthiæ Apostolo dicatum. E' conspectu sese extollit in colle Castellum Suaue à Scaligeris conditum amœnissimo situ. Inferius est Mons fortis Episcoporum Veronensium delitiæ, vnde paulisper descendens, fines inuenies, sicut ab alia parte est S. Bonifacius fertilis vicus. Hic agri Veronensis finis est. A sinistra parte continui montes, & colles multis milliaribus, quos homines incolunt. A dextra in latos campos expanditur. Pars quæ ad Austrum spectat initium capit à Porta noua, & Leonicum, Coloniam, deinde Patauium extenditur, quo in tractu agrorum summa quadam excepta feracitate, egregium nihil. Offendes postea Lemniacum, Sanguinetum, viamq; qua Mantuam itur; quibus in locis nascitur flumen Tartarus, Polynefim Rhodiginum alluens, vallesq; multæ iacent. Occidentali cornu Mantuam versus 17. millib. passuum, Verona abest. Insula Scalæ, quæ rebus omnibus affluens, speciem non paræ vrbis habet. Ad Occidentem solem

videas incultos, & lapidosos Veronensium campos, qui ante Veronam in collibus positâ millia passuum viginti patent; & celebres sunt maximis summorum Ducum aliquot victorijs, aut cladibus. Referunt enim Sabinum Iulianum Imperium inuadentem à Carino Cæsare in ijsdem campis victum, & occisum fuisse, atque Odouacrum Herulorum, & Turcinlingorum regem, qui Augustulo depulso Italiæ regnū per vim occupauerat, & aliquot per annos eam tyrannide oppresserat, à Theoderico Ostrogothorum rege triduanò prælio debellatū fuisse; cæsum item postea Lambertum Guidonis Spoletani regis filium cum quatuordecim Hungarorum millibus à Berengario; nec multos post annos ab Hugone Arelatensi, Arnoldū Bauariæ ducem cum paratissimo Germanorum exercitu, quem Veronenses primi regem Italiæ cōtra Hugonem appellatū specie triumphantis intra moenia receperant. Deuictum in ijsdem campis etiam à Rudolpho Burgundo Berengariū alerū, Italiæq; regno priuatū. Auorum deniq; patrumq; memoria, magnis sæpè prælijs illo cāporum tractu de Italiæ principatu fortuna varia certatum fuisse. Cœterum, quòd Blondus scribit C. Marium Cimbro, ac Teutones in Italiā irrumpentes ibidem vltimo prælio deleuisse, incertum, & obscurum est, cū varient mirum in modum auctores in eius tam famosi prælij loco describendo.

Capitulum.

Inde per patentes locos, perque viam decliuem iter habens in Villâfrancâ, & Sanctum Zenum incidens, opulentos vicos; vltra quos Mantuanorum confinia. Quod si in eadem planicie ad meridiem te verteris, pagos ignobiles multos præteriens, recta Pischeriâ oppidum munitissimum sed graui insalubrique celo, quod Verona 14. mill. passuum distat, te deportabis. Est oppidum in prima Benaci ripa situm, qui ex media terra scaturiens Mincium flumen, quo Mantua irrigatur, effundit. Hinc ad Riuoltellam pagum iuxta à læua lacum 5. millium passuum spatio via, nunquam nō incommodissimus est. Vltra millia passuum due

De-

ITALIÆ PARS I. 87

Desentianum, & agri Veronensis termini sunt. Ad Boream occidentalem colles habet Verona meridiana solem excipientes forma theatri, & à Borealibus flaminibus silentes vineis confitos, magnificis Palatijs, delitijsq; hortorū adeo exornatos, vt illorū aspectus siue longinquus, siue vicinus mirabiliter exhilaret animos. Hic Comitum Iustorum horti delitijs omnes alios longè superare videntur. Interius P. Acti Paltena vallis, quam homines incolunt, fertilitate laudatur. Tractum montium per planiciem sequens latitudinem agrorum, Athesim ex Tridentinis montibus defluentem, pulcherrimamque in fluminis ripa ædificia intueberis. Procul à Verona decemmilliaribus montes molli accliuitate incipies ascendere, Pulicellamque vallem nobilissimam, Peruinensem appellatam habere in conspectu, quæ multos continet pagos, castellaque multa, ex quibus sibi pulcherrimum facit theatrum; hic fauces magnorum montium Tridentinorum incipiunt. Sed tacendum non est in Policella valle ex marmoreis papillis scapello ductis perpetuas stillare aquas, quibus si lactantis mulieris papillas lauerint, humorem lacteum casu aliquo exsiccatum reuocari. Rursus Veronam reuertens altera Athesis ripa, cum planiciem præterieris, in Montisbaldi radices incidis, & inferius iuxta flumē in castella multa, & pagos lōgo terrarū tractu. Ab altera Athesis ripa planicies extenditur Pischeriam vsque, vbi colles, in dextra Benaci ripa iacentes, initium habent. Ibi situm est Bagolinum, de cuius sapidissimis ficis Solimanum Imp. Turcarum cum captiuis Christianis sæpe loqui solitum accepimus. Inde Gardum offendes, vnde Benaco nomen inditum, superiusq; castella alia. Hic sit tibi miraculo, ad hæc loca aspera, & montuosa triremes, nauiliaq; alia Venetos conuectasse, vt in Benaco cum Philippo Vicecomite Insubrium Duce prælium committerent. Infrà, Monsbaldus, herbis ingenita virtute præstantibus, ærisq; fodinis clarissimus, sese circuitu 30.

passuum millium extollit, meritò totius Italiae montibus præferendus.

BENACVS, ET EIVS ORA.

Vbi nunc est Tusculanum Benacus erat oppidum, unde lacus Benacus dictus, quem Gardæ à Garda oppido Itali appellant. Benacus à Pischeria, quæ est à meridiem exposita, ad Ripam vsque, quæ ad Septentrionem 35. passuum millibus in longitudinem, terram interfecat. In latitudinem verò à Salodio ad occidentem fito, & Garda, aut Lagisio ad orientem 14. paulò amplius. Adeo procellosus est, vt montium instar vndas extollat, maximumq; periculum, quibusdam anni temporis nauigantibus intentet. Huius rei causa montibus vndique eum sepientibus, ventosq; intercludentibus, adscribitur. Hinc Virgilius,

Fluctibus, & fremitu assurgens Benace marino.

In hoc lacu nobilium piscium magna vis, troctarum in primis, & carpionum, quos, dicunt aurum pascere, nec alibi, quàm in Lacu Portæ apud Soram in Brutijs inueniri. Anguillarum præterea, de quibus Plinius plura scripsit. Incipit, vt diximus, Lacus à Pischeria; in ripa, quæ ad Veronenses pertinet magna habens oliueta, & oppida, quæ supra memorata sunt; angulumq; facit, vbi Garda est, ad occidentem vergens. A Pischeria verò ad octauum milliare, fastigiata terra, ita in illius vndas excurrit, vt duob. millib. passuum ipsum lacum diuidere videatur. In hac terra Sarmion est antiqua poetæ Catulli patria, nunc exiguum oppidum, sed delicijs abundans. Eadem via quarto milliari Riuoltella vicus est, neque procul eo Desentianum frequentissimum illius oræ emporium, vbi caupone rebus omnibus instructissimæ, in primisque Gardæ fructibus præstantissimis. Quod si alia lacus ripa iter feceris, multa pulcherrima oppida inuenies, & ad occidentem in illo angulo

ITALIÆ PARS I. 89

lo Salodium oppidum nobile, & diues. Haud longè Pratum famis, vbi Episcopus Tridenti, Veronæ, & Brixia non discedentes à sua Diocèsi, dextram dextræ iungere possunt. A Salodio ad hunc locū omnia amæna, fructifera, consita oliuis, ficis, malis medicis, malis massilicis, citreis, alijsq; fertilibus arboribus, eaq; cœli clementia, quòd ad orientem, & meridiam exposita, altissimis intercedentibus montibus, Boreæ flamina nò excipiunt, vt totius Italiæ pulcherrima esse videantur. Quot in hac Benaci ora alantur personæ, vide in calce descriptionis Vallium infra.

B R I X I A.

Brixiam Desentiano 20. passuum millia intersunt, via directâ, licet non omnino plana. Est aliquorum sententia Brixiam dictam à Britein, quod Gallorum Senonum eius Urbis instauratorem lingua, gaudentes arbores, quasi pomorum onere gaudere videantur, significat.

T. Liuius, alijsq; magnauctores tradunt *Brixiam* Re *Schott.* eorum Romanorum tempore à Gallis Cenomannis esse conditam, quàm postea Romani Transpadana Gallia in potestatem redacta suæ ditionis item fecerunt. Constat ex Liuijs, fidem populo Romano constantissimè quondam præstitisse, atque præcipuè difficillimè Hannibalicis belli temporibus. Coloniam Romanorum factam esse volunt bello sociali confecto, cū Veronam, & alias trans Padum vrbes Cn. Pompeius Strabo Põpei Magni pater colonias deduceret. Nec diu postea C. Cœsaris auspicijs simul cum alijs Transpadanis ius Romanæ ciuitatis accepit, atq; sub Imperatoribus Romanis deinde, quamdiu Imperium in Italia stetit, admodum floruisse constat. Testimonio sunt antiquitatis monumenta varia, quæ adhuc in eadem vrbe, vicinoq; territorio passim reperiuntur; nimirum pulcherrimæ marmorū inscriptiones, statuæ, sta-

statuarumque tituli, atque illustrium hominum epigraphia plurimæ, ex quibus Urbis illius amplitudo prisca faciliè cognosci potest.

168. Iacet in planicie ad radices collis longa magis, quam lata, ambitu passuum millium trium. In paucis tamen corpore ædificijs plena, & habitantibus. Intus fora multa, in quibus, quod est magnum portibus, ac prætorio superbo conspicuum eminet. Officinæ rerum diuersarum præcipuè ægidum, arcuum perforatorum, cultellorum, fulcrorum ignariorum, totiusque artificij ferrarij optima temperatura; vestium præterea linearum subtilissimarum, unde maximus ciuitati redit quæstus. Torrente Garza irrigatur, etiam fontibus multis, quibus aquæ sunt ab aquæducto per Desiderium Lógobardorum Regem constructo. Turrim vnã nomine Palladam habet, in qua ciuitatis Campanæ pulsantur. Palatium pro Urbis negotijs omninò perlustrandum est, noua & pulchra architectura splendens, vt etiam excellentia & prisca antiquitate polleat. Portas quinque; arcemque in colle viuo de lapide inexpugnabilem. Propter dissensiones, varias passa est calamitates, nec me hercle miror eam 28. annorum spatio, sub Ludou. III. & Othone Imperatoribus septies dominium mutasse. Est enim Vrbs armorum studijs deditis. nec sine horrore illius annales legi possunt, in quibus ruinas, cœdes, proscriptiones, exilia, direptiones, incendia, deuastationes, Sillanis, Marianis, & Triumviralibus simillimas videas. Imperio Veneto paret, & quieta floret.

Christiana esse cœpit, anno 119. a Puerpera Virgine, prædicante S. Apollinare Episcopo Rauennate. Templamulta sunt in ea primi nominis, vt Sancti Affrà, D. Petri Oliuerij. Patres Dominicani magna frequentia, hac in Vrbe, & ipsi laxè, & magnificè habitant, cœnobia pulcherrimo, religiosissimo, ecclesiæque pluribus insigni, choro maximè. Maius templum venerandum est, cuius Præsul titulo Ducis, Mar-

ITALIÆ PARS I. 91

Marchionis, & Comitis appellatur, multis redditibus opimus. Venerantur in eo Brixienf. Crucem, quam dicunt *Oro flamma*, quamque multi affirmare non dubitant, eam esse Constantino Imperatori ostentam in aere ipso, dum certamen inire studebat contra Maxentium. Cœlestem habet colorem, rubescentem attamen.

Omnino conspicienda est sacra ædes Diuæ Iuliæ Martiri dicata a Papiensi Rege Desiderio, anno 753. cui adiunxit Monasterium, diuitijs, aureis ornamentis, Sanctorum corporibus decoratum. Et tanta excellentia præstitit, quod Ansilberga Soror, & Hermingarda filia eius Regis, & Hermigranda vxor, & Giass filia Lotharij Primi Imper. & Angilberga Caroli III. Imper. soror, & Berta Berengarij, qui Imperium vsurpauit filia, ac infinitæ propè aliæ regio sanguine procreatæ, in eo suos annos agere in Dei famulatu, sub Diui Benedicti norma uoluerunt.

Habet Brixia homines ad quadraginta millia, inter quos armis, & litteris, domi, forisque claræ familiæ numerantur titulis, honoribus, & stemmatibus præclarissimæ. Ciues Brixiani multi Sanctorum extitere, ex quibus nominare placet Sanctos Iouitam, & Faustinum Martyres, quorum adhuc in mœnibus Veronam versus, martirij uestigia cernuntur; & triginta suos Præsules in cœlis agnoscit Sanctos hæc ciuitas. Magna ditione pollet, & amplissimo agro, ita quod Episcopum Brixien. credimus curam gerere animarum 700. vel 800. mill.

Rebus omnibus est affluens, & solertis ingenij populo, unde post Mediolanum totius Galliæ Cisalpinæ facilè est princeps, & meritò Scaliger scribere potuit.

*Cælum hilarem, frons lata Vrbi, gens nescia fraudis,
Atque modum ignorat diuitis vber agri.*

AGER BRIXIEN.

Ager Brixienſis in latitudinem centum millibus paſſuum extēditur a Moſo, quod paſſuum quindecim mill. abeſt a Mantua ad Vallis Camonicae initium excurrēns, in latitudinem vero quinquaginta mill. a Limone Benaci vico, ad Vrceos Nouos; frumētū, olei, uini, pomorum, lini nulli cedet feracitate; introrſum colles, montes, valles, vicos, oppida nobilia, nec in frequentia amplectitur, in eo ſolitudo nuſquam habens loca 450. Ad orientem, qua Veronam itur a dextra ſitum Ghedium, Manerbium, Caluiſanum, Calcinatū; a ſiniſtra qua mons extollitur, Bidizolum, Padengum, & ripa lacus; eodem tractu Lonatus vicus non ignobilis in collis iugo 15. a Brixia lapide ſitus eſt.

Ad meridiem qua ad Cremonenſes pertinet, & Mantuanos, Virola, & Aſula oppidum munitum, & clarum. Si porta Sancti Nazarij egrederis ad occidentem a dextra Triuiatum, a ſiniſtra Quintianum oppidum non incelebre proſpicias, in ipſaque via 20. a Brixia millia paſſuum Vrceinouī abſunt, caſtellum ſanè elegans, & munitiſſimum, anno Chriſti Milleſimo centeſimo trigeſimo quarto, conditum, vbi linearum veſtium præcipua laus. Haud procul Ollio flumine Imperium Venetum terminatur. Per portam Diui Ioannis inter ſolis Occaſum, & Aquilonem, torrente Mella aquis perpetuò fluentibus traiecto, ad Cocaium vicum opulētum peruenies, dextrorſum verò ad radices montis Rouadum oppidum copioſiſſimum. Hic in conſpectu habebis regionem quandam florentem rebus omnibus, oppidis frequentiſſimam, quam, quod olim Francis in delitijs fuit, Franciam curtam appellant. Sed prius obijcitur Ollius fluuius oppido Palatiolo, & pulcherriſimo ornatus ponte, vbi Bergomenſis ager aditur inter

ITALIÆ PARS I. . 93.

æditissimos montes, ad Septentrionem Bergomum
versus pertinentes.

DE VALLIBVS

AGRI BRIXIEN.

Habet Vrbs hæc præclarissima intra montes, qui
sunt post eius dorsum Valles tres. Harum prima,
est Vallis Camonica, quæ ad Occidētē iacet, reliquis
duabus magis, ad Septētrionem vergit, & ad millia-
rium 50. longitudinem extenditur, multis vndique
montibus vallata, inter quos nō mediocris spatij pla-
nities, non tamen semper æquè diffunditur per quā
Ollij fluminis lympidæ, piscibusq; & præsertim tro-
ctis abundantes vndē deferuntur. Quod flumen,
post irrigatam vallem, in Isëum lacum cui caput est
inferitur, vnde eodem etiam nomine egreditur. Vallis
itaque nō hoc tantum flumine, sed multis etiam qui-
bus irrigatur riuīs, vbique peramœna est, atque fru-
mentorum satis fērax est, quæ etiam multis in ipsius
locis alendis vitibus aptis vina exprimuntur, aliosq;
multos producit fructus. Sunt in hac Valle ferri fo-
dinæ, è quibus eductum ferrum multis in locis, in
varias subducitur figuras, imò vero igne, ita perfici-
tur, vt æs tandem ex illo conficiatur. Terra huius Val-
lis primaria Brennum appellatur. Vallis hæc in emi-
nentiore sua parte, in dua quasi brachia dispartitur,
quorum altero Tiroli ditionem respiciente, alio se se
cum Valle Tellina coniungitur.

Alteræ quæ proximum descriptæ obtinet locum,
Vallis Tropia dicitur, quoniam se se recipit Urbem
versus, ideo sex ab illa pass. mill. initium ducit, & ver-
sus Septentrionem protrahitur ad milliar. circier 20.
montibus vndequaq; circumdatur, & Mella fluuius
per eam excurrit, qui in ea exoriens, multos quidem
alit pisces, sed troctam præsertim. Hęc multis in lo-
cis,

eis, est angusta, & illius proxima pars Urbis, omnium optima est, atque pulcherrima, a qua decem mill. pass. Cardo *Cardone* abest, terra quæ urbanitate satis polles cœlebris est, eximio sclopettarum artificio, quorum magna uis ibi fabricatur. Oppido Vallis altissimo, cui nomē est Collis multa sunt ferriginæ cavernæ, ac quidem ex optimis earum, quæ in tota Valle inueniuntur, qua de causa multa conspiciuntur ædificia varijs in locis, ubi diuersè ferrum elaboratur.

Cum hac postrema, Vallis ex longitudine adiacet coniuncta, Sabij nominata; cuius longitudo 20. millijs præfinitur, & Bagolini terræ fines attingit, quæ partim per se, partim verò cum Valle prædicta regimen habet. Parua hic æris copia conficitur, & duo ferri adsunt officinæ.

Ex lacu Idri egrediens amnis *Chesius* *Chiese* decem miliaribus, maximo habitantium comodo Vallem irrigat, non solum enim ædificijs aquam subministrat, uerum pisces continet, in quibus tymuli, & tructæ primum obtinet locum.

Cumque Vallis tota plures, variosque sinus complectatur, ideo multis in locis, vitibus, ac arboribus fructiferis plātata, utilis, ac pulchra cernitur cultura; non enim per multis caret riuis, quorum aquis ædificia iuuantur.

Duabus in hisce Vallibus, homines reguntur Venetum Reipublicæ subiecti, summè cordati, belligeri, & ad arma pertractanda aptissimi.

Anno 1579. censæ fuerunt Urbis, & Suburbiorum animæ, & repertæ sunt 31403. In Valle Camonica 40275. In Valle Tropia 16355. In Valle Sabij 15431. In ora Benaci, & Salodij 44564. In Asula, & eius agro 7638. In alijs vero Terris, 142334. Quæ omnes numerum faciunt 300081. Tamen pro comperto habemus in toto Brixien. agro nunc uiue-
re animas 700. vel 800. mill. In Vrbe 40. mill.

ITALIÆ PARS I. 95

Iter primum, & breuius Brixia
Mediolanum.

PER portam S. Ioannis Mediolanum iturus egredie
ris, Cocaium reperies, & inde in agro Brixiano,
si ad sinistram flexeris *Pontoi*, idest Pontem Ollij flu-
minis, qui eius oppidi muros alluit, Martinengum
non ignobile castrum, Triuilium clari nominis, &
Cassanum Actiolini Patauinorum Tyranni portenti
humani generis, clade nobilitatum. Hic sinistror-
sum arua sunt, quæ *Giaval' Adda* vocantur ab Italis,
in quibus Ludou. XII. Gallix Rex, Venetos vna
acie cruentissima debellauit, anno 1509. Ibi propè
stat Carauatium illustre oppidum, prope quod etiã
Mediolanen. victores extiterunt, de Venetis ipsis.
Dextrorsum stant loca, de quibus in itinere tertio ex
Brixia Bergomum scribemus. Cassani cum fueris,
Abduam trajicies, & 10. mill. pass. peractis Cassinam
albam cauponam accedes, & post totidem passus Me-
diolani quiesces. Huius itineris ex Brixia Mediola-
num usque, pass. millia sunt 50.

Iter secundum, longius ex Brixia
Mediolanum.

TERTIA quadã via angustiore, sed longiore Medio-
lanum aditur, si Brixia per portam Sãcti Nazarij
egressus ad Vrceos Nouos te contuleris itinere mil-
liar. 20. vbi Ollium fluuium transiens Soncinumque
opulentum oppidum, & frequentissimum ingressus,
si tempus erit hybernum, panem dulciarum amygda-
larum tibi apponi iusseris. Non alibi pulchriores,
ex oricalco fiunt lucernæ, populus uerò adeo ad hu-
manitatem propensus, vt nihil supra. Marchionatus
titulo uiget, & Mediolanen. ditioni subest. Soncini
Actiolinus Patauinorũ Tyrãnus ex saxonico sangui-
ne Italix stirpi ad horribilẽ seculi pestem insertus,
cum ei verutum scorpione adactum in imo crure pe-
dem transfixisset, ab exercitu Guelphorũ immissum,
sep-

septuagenarius mori voluit. Pertinaci enim obdurantis animi decreto, vulneris fascias, & cuncta vitæ alimenta repudiavit, vt execrabilem animam exhalaret. Milliarijs quinque vterius, Romanengus vicus est, inde alijs quinque Cremam, quæ Serio flumini ab oriente alluitur, acceditur. Olim primas habuit inter castella omnis Italiæ, nunc Vrbs est, ac dignitate Pontificia ornata. Ab Imperatoribus Sueuis ædificata in planicie, & operib. munitioibusq; egregiè septa. Frequētia ciuiū, ædificiorū magnificentia, vbertate agrorū, & omniū rerū copia foelicissima. Veneto Imp. paret, alitq; circiter animas una cum suo agro 30000. & cū Pratorē Nob. Venetū habeat, iudicet locis 46. Dealbant mulieres Cremenses filum, seu acciā pro consuendis pannis, & in contexendo telas assiduæ viuunt. Hinc, flumine Torno transmissio, Laudem Pompeiam peruenitur, post milliaria 10. Marignanum inde, seu Melignanum, postremoq; Mediolanum. Quo itinere, passuum 62. millia terres.

Iter tertium, ex Brixia Bergomum,
& Mediolanum.

Brixia relicta per portam S. Ioannis, Mella fluiuis transmeatur, Cocaius postea inuisitur, & Palatiolum, de quibus supra; vbi Ollio flumine traiecto ponte Malpaga vicus tibi erit obuiam. Eum cōdidit peramoeno in situ Bartholomeus Coleo Bergomas, in cuius arce cum uixisset annos 76. excessit è uita, & Bergomi sepelitur. Huic suorum exercituum Imperatori Veneta Respub. statuam equestrem æneam ad templum SS. Ioannis, & Pauli Venetijs cum marmorea basi erexit, sed nequaquam integra Veroci artificis foelicitate fabrefactam. Orgnani a leua, & Basellæ Monasterij Prædicatorum aruis longè, latèque patentibus relictis, torrente que Serio nobili ponte superato, Bergomum acceditur, confectis Brixia milliarijs triginta.

BER-

ITALIÆ PARS I. 97

BERGOMVM.

Bergomi Ciuitas antiquitate multa gaudet, cum eius originem multi se ignorare fateantur Orobi-
 biorum tamen extitisse gentis affirmant, quod no-
 men si Græcè interpretetur homines in montibus
 degentes insinuat. Qui Hebraici, & Græci sermonis
 mylteria tenent, Bergomum dici volunt quasi inun-
 datorum fuerit clipeata Ciuitas, vel Gallorum regia
 Vrbs, quæ a Græcis Archipolis, a recentioribus au-
 tem latinis, tum Princeps, tum Ducalis appellari so-
 let, igitur Bergomum priscis diebus regalem *vetere-*
rum Gallorum Urbem extitisse nomen ipsum mani-
 festissimè docet. Ab Hetruscis vero, aut a Cenoma-
 nis, vel potius a Cirino Ligurum Rege ante D. N. ortū
 an. 150. extructū conspicitur in latere mentis, ab oriē-
 te, ac meridie magnam habens planitiem, a Septen-
 trione, & occidentē colles montesque valde munitur
 a Venetis, muris, turribus alijsque machinis, quibus
 ad resistendum inimicis potentissima euasit. Parui
 est ambitus cum in edico collis habeatur, quam-
 uis suburbia duo amplissima, & omni rerum copia
 referta, ædificiorum, & nobilium multitudine plena.
 In horum altero nundinæ quotannis celebrantur in
 festo S. Apostoli Bartholomæi, in quibus mercatura
 maxima rerum quarumcunque fit pluribus diebus,
 cum ad eas ex omni loco Italiæ, Germaniæ, Rhetium,
 & Heluetiorum turmatim homines confluant.
 Purissimus aer, fructus optimi saporis, vina delicata,
 oleum dulce sunt Bergomi, & homines maximè in-
 dustrij, & acuti ingenij supra quam dici potest, ad ar-
 tes, ad scientias, & ad mercaturam aptissimi, ita
 quod proverbium est Italis *Bergamo fortile*. Quæ ver-
 git ad nascentem, & cadentem solem sepitur Bergo-
 mum fertilibus, & amœnis collibus, cynamomo sac-
 caro conlecto, pannis tenuioribus, stragulis, & peri-
 petasmatibus abundat, & D. Barthol. ferijs celebra-
 rimis

rimis nundinis frequentatur. Claros homines produxit.

Horum, magni est nominis Albericus Rosates Iuricons. Ambrosius Calepinus, quorum monumenta apud omnes extant, Damianus vnus ex Conuersis Prædicatorijs in cerostroto faciendo ex lignis concisis apprimè singularis, Paganus ex eodem sodalicio pro Christi fide ab hæreticis occisus, & plerique ex Foresta familia legum periti, silentio inuoluo, Cardinales, Prælatos, & multos alios Bergomates immortalitate donatos, inter quos maxime fulget Bartholomæus Colleonus de quo inferius dicetur.

Primus sacræ religionis fundator in Ciuitate Bergomensi fuit Christi discipulus Sanctus Barnabas, qui anno salutis nostræ 45. ad eam accessit, comitatus Anathelone Græco, & Caio Romano. Episcopum in ea reliquit Narnum Ciuem Bergomensem, qui lustris sex munus suum fidelissimè functis in cœlum conscendit. Alexander Thebeorum legionis primus signifer Maximiani Imperat. tempore Bergomi pro Christo moritur, moriuntur & alij viri, ac mulieres, a quibus Christiana religio propagatur, ecclesiæ ædificantur, & idolatria reiecta, cultus Dei augetur. A multis excellenti sanctitate præditis gubernata fuit Ecclesia Bergomensis, in qua tumulantur Sanctorum corpora 25. vt præterea ea, quæ in Abbatia Astinesi condita venerantur Monachorum, & aliorum plurium.

Ecclesia Sanctæ Mariæ ijs est decorata picturis, organo, aureis argenteisque vasibus, ornamentis, ac redditibus, quæ nobili templo conuenire possunt. Videbis ad aram maximam ædis maioris marmoreâ effigiem Bartholomæi Colleoni, & sepulchrum, quod sibi viuens statuit, vbi legitur Bartholomæus Colleonus de Andegauia virtute immortalitatem adeptus, vsque adeo in re militari fuit Illustris, vt non modo tunc viuentium gloriam longè excesserit, sed etiam posteris spem cum inuitandi

adc-

ITALIÆ PARS I. 99

ademerit, sæpius enim a diuersis Principibus, ac deinceps ab Illustrissimo Ven. Senatu accepto Imperio, Tandem totius Christianorum exercitus sub Paulo Secundo, Pontif. Maximo, delectus fuit Imperator: Cuius acies quatuordecim annos, ab eius obitu sub solo iam defuncti Imperatoris, tanquam viui nomine militantes iussa, cuius alius contempserunt. Obijt, anno Domini 1475. Quarto Nonas Nouembris.

In ædibus D. Augustini inuise omninò F. Ambrosij Calepini tumulum, qui vnus omnium foelicissimè tentauit, optima quæque linguæ Latinæ verba colligere, & è fertili probatorum scriptorum agro messem facere, vt iam vnus huius Religiosi quocumque Latina se lingua protulit, circumferatur. Sunt Bergomi, ac in suburbij animæ circiter viginti septem mill. & ciuitatis veteris abitus est milliar. quattuor, ad quam ex suburbij scalis lapideis, & plerisque gradibus ascendes, Ciuitates ferè omnes Lombardiæ flumina multa, planitiem amplissimam, montes, colles, Apenninum vsque contemplaturus.

In eminentiori colle supra ciuitatem locus inuistur Capella vocitatus, cum iam pridè D. Dominicus Patriarcha, cui sum addictus ibi sese, ac suos receperit Deo famulaturus, Luchinus verò Vicecomes Mediolani, & Bergomi Dominus arcem fortissimam in eo construi mandauit, quæ tamen diruta nunc omninò conspicitur. Agnouerunt quondam Bergomates, pro suo Principe Romanum Imperium, dum foelicitate pollebat, & eo declinante ab Athyla diruitur, post quem Longobardi, deinde Reges Italiæ illum sibi subiecerunt, Turriani Vicecomites, Scaligeri Foresti, Malatestæ, & Galli. Vtrò tandem in Venetum potestate se dedidit, quorum auctoritate, & præsidio tranquillè viuit, diuque viuetur.

Si plura de hac Ciuitate desideras, in promptu habebis librum titulo Vineæ Bergomi.

A Bergamo non multum abest flumen Serijs suum

ortum agnoscens in montibus, quod si torrente nomi-
 naueris, non ab re loqueris. A parte Septentrionis
 stant sex valles, hinc atque hinc montibus clausæ
 Seriana videlicet a Serio eam suis aquis secante,
 prisco tempore Beccunorum loca appellata, & Brem-
 bana, quam abluit annis Brembijs horum, quælibet
 30. mill. spatio se protendit, Vallis Sancti Martini 15.
 & totidem vallis Caleprij, & Clusontes. In his, ac
 cæteris villæ, terræ, & loca supra 200. manent fera-
 cia, & si montana, & in eis excellunt Calepius, &
 Luer Clusontes, & Vertua lanificio non incele-
 bri, dilataturque ager hic Bergomensis, Pagi diui-
 tij, & nobilitate insignes, ab hoc latere milliar. circi-
 ter 28. Calepio perges Leucum inter Castra spectan-
 dum, vbi Lacus Larius suas aquas impartitur flumini
 Abduæ, quod trajcies ponte. Ab occasu tenet Ber-
 gomum Comensem Urbem, Modoetiam, & Briantyo-
 nos colles, ab Oriente Brixiam, a meridie Cremam,
 & loca superius effigiata, & inter vtrunque, itinere
 mill. 32. Bergamo Mediolanum peruenies a dextris
 habens amnem Brembum in Abdua se immiscetem,
 Abduam ipsum, apud quem est Trezzius pagus, &
 fortilitium a Barnaba Vicecomite ædificata, vbi flu-
 men trajcies ponte, vno fornice tantum compacto,
 & si miro artificio. A leua erunt loca, quæ diximus.
 Confectis Bergamo duodecim milliaribus. Ab-
 duam prætergredies cymba in viculo Colonicæ, &
 illico Vaprius pagus te offendet, & Nauilis Mediola-
 num excurrans. Fornacibus tandem, Cascinaque vil-
 lis a tergo relictis, itinere passuum viginti, Medio-
 lanum ingredieris.

MEDIOLANVM.

Mediolanum, Vrbs antiqua, præclara olim Impe-
 rij sedes, a tergo habet montes, qui Italiam
 a Septentrionis, ortusque partibus diuidunt. In pro-
 spectu verò longè, latèque iacet planities, quæ 200.
 mil-

ITALIÆ PARS I. 109

millia passuum, & eo amplius, ad Catholicam vsque terram, quæ inter Ariminum, Pisauramque sita est, proceditur. Hinc æquatus est campus, qui ad Istriam, illinc ad Augustam Prætoriam pertingit. Athesi, ac Ticino, haud obscuris fluminibus, instar orbis circumcluditur. Quamuis angustus initio Vicus parua habuerit in cunabula; Gallus tamen Bellouesus illi magnitudinem addidit, & gloriam. Hic murum latitudinis 24. pedum, altitudinis verò 64. 130. munitum turribus, atque sex portis, struendum curauit. Primum solo exæquatum fuit a Brehno, qui Camillo, & M. Marcello Conss. Capitolium cinxit obsidione. Eò temporis Senatus iussu rursus firmis mœnibus, frequenti que turri cinctum est; Athyla tamen pulcherrimam Urbem ab stirpe deleuit; omniaque superba prostravit ædificia.

Deinde Archiepiscopus Eusebius Ciuitatem iterum circumdedit mœnibus. ædiumque damna rependit, dirutasque restaurauit domos. Centum verò post annis, a Virgineo partu 577. immitis Gothorum furor illam funditus euertit, ac 30. millia Ciuium crudeli sustulit clade. Præterea Mediolanum miseris coopertum ab Erimberto Regis Gallorum fratre, atque ab Imperatore Ænobarbo malè fuit exagitatatum, ac sal, hostilis testimonium vastitatis, vbi modò antiquum est viridarium, sparsum fuisse, pro comperto habetur. Verùm, vbi cum populo reconciliata fuit gratia, hæc Ciuitas pristinum adepta est decus, muris circumdatur, quattuor communi omnium vsui patentes cum alijs subsidiarijs fiunt portæ. Tunc temporis, anno videlicet 1177. Urbis circuitus 5936. erat passuum cum tamen suburbia excluderentur. Nunc autem in vnum coaluere corpus, vno circum septum muro Ferrantis Gonzagæ beneficio, qui ibi Caroli Quinti gerebat vices. Ambit passuum millia decem, publicas habet portas totidem, quarum sex primas retinent vastis cum fossis. Hetrusci antiqua Mediolani fundamenta iecere, tamen in

Insubrium ditionem cessit. Pridem vicus, erat, omnes enim vicatim habitabant, at Bellouesus Gallus ea potitus regione, amplam in ciuitatem redegit. Qua surgente, syluestris sus ex ruinosis egressa ædibus prima luce sese quibusdam obuiam tulit. Hæc dimidiam corporis partem naturalibus coopertam pilis, alteram verò molli, & alba contactam lana gerebat. Quam, Bellouesus boni loco ominis duxit, & urbem a se constructam suo idiomate significans Mediolanum voluit appellari. Hanc rem illud præ se fert monimentum, quod in marmore arcus communis mercatorum palatij ob omnium oculos constitutum est. Id stante salutis anno 587. annis contigisse memoriæ proditum est. Mediolano Bellouesus, eiusque nepotes, deinde Brennus Gallus, & alij præterea multi dominati sunt, ad illud usque temporis, quo inuicta Romanorum potentia illos subegit armis: Mediolanum quoque ad Romanum deuolutum est Imperium. A quo tamen desciuit, quando Pœnus Annibal transuolauit Apenninum. Denuò, cum illam Rempublicam potentia multis post se interuallis cœteras victas relinquere nationes animaduertere, Romano collum sub iugo mittere constituit, ac illi postea morem gessit Imperio. Ita Latinis Imperatoribus, & Græcis, deinde Gothicis, Insubribus, Regibus Italiæ Germanorumque Imperatoribus Mediolanenses obtemperarunt. Qui, Conrado Secundo Imperante, multum sibi vendicarunt libertatis: ipsique sibi iura dare cœperunt. Hic Mediolanenses Reipublicæ more gerebant se se; quorum erat caput Archiepiscopus: Conciliumque abaci Sancti Ambrosij, qui erat plebes, habebant. Dein factionum causa se se vtrò dederunt Turrianis, qui inuidias, & inimicitias regnandi studio exercebant cum Vicecomitibus, qui diu illis imperarunt. Post hos Sfortiatæ, deinceps Galli, tandem Austriaca domus, quæ nunc imperat, Mediolani ius accepit, atque ditionem. Mediolani situs, cum in sexto sit climate,

quod

ITALIÆ PARS I. 103

quod cœli præferret benignitatem, foelix habetur, quamuis modo haud satis puro fruatur aere.

Cymbæ a maiori lacu; quem post miseram Barbarossæ cladem, Turiani aptam nauigationi reddiderunt. Alterum ab Adda flumine egreditur, & a Corni lacu erumpit. Omnibus, quas humanæ possunt desiderare fauces, rebus abundat. Quidquid vis, quodcunque cupis, hic reperies. Adeo ut prouerbio ferant. *Solo in Milano si mangia.* Nec in alia Europæ urbe, tantam edilium veram copiam, quantam in hac, inueniri mihi persuadeo. In alijs quidem ciuitatibus si duæ, vel etiam altera non desiderantur plateæ; quo res huiusmodi venales comportantur, centum Mediolani est innenire, quarum 21. primæ sunt. Nam quodlibet quadriuium in ijs rebus, quæ victui conducunt humano, refertum est. Habet vernaticum Montisferrati vinum, potensque Briantynum merum. Huc, centrum cum sit Insubriæ, omnium ferè prouinciarum confluunt merces, Germaniæ, Galliæ, Hispaniæ, ex Genuæ portu. Vastissimam habet planitiem, colles apricos, amœnos, montes, comoda flumina, foecundosque lacus, quæ illi omnia alimenta ministrant: nihil boni, nihil pulchri hæc amplissima, & vberima regio patitur exoptari. Hic magna est omnium opificum varietas, ac multitudo, supra id quod cuiquam credibile est. Ita ut vulgò dicatur: *Chi volesse rassettare Italia, rouinarebbe Milano:* non omnes artifices huc, atque illuc in Italiæ Vrbes, & loca suas comportarent artes. Hic est innumerabilis penè aurificum numerus, conflantium arma, textorum sericariorum, atq; ab ijs longè operosius, & elegantius, quàm a Venetis mirifica artes elaborantur. Ingentia, atque ea plurima videntur palatia, quæ Regiam præferunt magnificentiam, inter quæ superba Thomæ Marini moles principem sibi, uti luna inter minora sydera, magnificentiæ vendicat locum, & mirantes, ac stupidos omnium oculos in se conuertit. Inexpugnabilis Mediolani Arx, &

loci natura, & amplitudine, & elegantia, & munitio-
ne, & oppugnationis difficultate cunctas Europæ ar-
ces facile antecellit: hanc viua cingit aqua, fossæ
triplex: patentes, & arcanae subsidiariae sunt viae: su-
perius, inferius, vbiq; & ampli, & angusti sunt auxi-
liarij aditus. Maius arcis quadrum intra fossam,
seclusis turribus, quæ parua ferè castella possunt ap-
pellari, ducentos ambitus cubitos habet. At Verò
extra anteridem, posthabitis forcipibus, mille ferè,
ac sexcentos ambit cubitos.

Schott.

Hic Rhegium portæ Iouiaæ castrum, quo in Europa
nullum est fama celebrius, ob eius magnitudinem,
operum, ac munimentorum amplitudinem. Iustæ
etenim vrbis capacitate vicos, plateas, fora, palatia,
fabrum, omnisque generis mechanicorum artificum
tabernas operarias in se complectitur, nullius opis
indigens externæ, sed com meatu, annona, omniumq;
rerum copia, bello paceque necessariarum abundans.
Effundit oppidorum instar vndequaue vasta propu-
gnacula, circum ambiunt fossæ latissimæ profundis
triplices, & viuis amnibus perfluxæ, & vtrinque parietibus
lateritijs euectæ. Muri crassitudine stupendi
falciunt aggeres latissimos, & meatibus concamera-
tis peruios. E quorum pinnis, & fenestellis, per ca-
stri totius, & propugnaculorum circuitum exerunt
ampla capita tubi aenei ingentes, tormentorum bel-
licorum prægrauia pondéra, rotis ferratis imposita:
qui sulphureo puluere inflammari, globos ferreos pò-
do 800. vel amplius euomere in hostem, vel aduer-
sam molem possunt, atq; obstacula quæque maximo
cum fragore prostrernere.

Videbis hic armamentarium capacissimum ampli-
tudine, & armorum, telorumque omnis generis orna-
tissimorum infinita copia refertum. Præterea fa-
brum, ac mechanicarum artium varias officinas,
quas longum esset enumerare. Considerabis, si pla-
cet, portas, muros, aggeres, fossas, castella, & propu-
gnacula maxima stupendi operis, sumptus, ac artifi-
cij

ITALIÆ PARS I. 109

cij incomparabilis, percensebis etiam ordine per propugnacula, muros & castella, dispositas tormentorum bellicorum moles, tubos, æneos, immanes *τειχεσιπλήτους*, atque *πολιορκητούς*, ut epitheta Bellonæ propria his cacodæmonum instrumentis attribuantur.

Locus arcis, quod quadrangulari structura cōstat, *Σερμύς* quique dicitur *Maschio*, intra fossam seclusis turribus, quæ parua ferè castella possunt appellari 200. ambitus cubitos habet, seclusis turribus, at verò extra anteridem posthabitis forcipibus mille ferè, ac sexcentos ambit cubitos.

Si illustres cupit quis videre picturatas imagines, hic suæ potest satis cupiditati facere. Iuxta arcem in Marauiliorū via stat parietis facies in qua, summa Trofi Modœtiensis arte, & industria picta Romanæ videntur Historiæ, eo figurarum genere, quod tertij prospectus pictores vocant. Cuius excellentiam operis, ac ferè Diuinitatem mortalium nemo attingere potest, cum sit numeris omnibus, vnde quaque absolutissimum. Mirabilius est, pictas illas imagines sine motu, & sine spiritu existere, quàm si spirarent, ac mouerentur: non habere vitam, quàm habere, maiori spectantibus negotio suadentur. Hac in re non ars naturam, sed hæc artem videtur imitari. Beatricem versus portam in propatulo est pictus Latuadorum paries, ita coloribus, & ingenio a Bramantino elaboratus, ut iucundum attonitis prætereuntium oculis præbeat spectaculum. Vbi verò ad portam, quæ Tosa nuncupatur, perueneris, semianaglypham conspicias statuam, quam cuidam meretrici, quæ patriæ pepererat libertatem, ciues hæud beneficij immemores erexere.

Mediolanum, postquam Bellouesus fato concessit, Prouinciarum semper caput extitit. Antiqui Imperatores hinc de legabant Italiæ Comitem, qui erat Imperij Præfectus, consularem habens auctoritatem, & ibi vti legionum Dux commorabatur, quò transal
pino-

pinorum furori, ac eruptioni obicem poneret. Federicus Imperator sibi Vicarium hic constituit; Multi insignes virtute viri, summiq̄ue Principes diuturnos post labores Mediolanum cum propter aeris temperiem, cum propter magnam ciuium humanitatem, tum etiam propter rerum omnium copiam, se se contulerunt, tanquam in tutissimum Italiae portum, ut non secus atque in amoenissimo omnium deliciarum domicilio, graues curarum sarcinas illius in sinum deponerent, atque animum publicis defessum negotijs recrearent.

Schol.

Est enim Mediolanensis, tam coeli temperie, quam soli fertilitate, & affluentia rerum copia ditissimus. Vnde Ciuitas ipsa populosa ob alpium vicinitatem, & proprijs fulta viribus, *Insubrium* caput semper est habita. Et quamuis frequenter internecinis atrita bellis funditus vrbs excisa, ad extremum etiam hostili aratro sulcata fuerit, floridior tamen vsque resuscitata mox excreuit in altum, ut inter potentes Vrbes Italiae nunquam postrema fuisse videatur. Romani paulò ante bellum Punicum Secundum, M. Marcello, & Cn. Scipione Coss. Galliae Transpadanae partem, quam Boij, ac Insubres tenebant, in potestatem redegerunt: Insubribus, atque Transalpinis Germanis M. Marcelli Coss. ductu proelio ad Clastidium superatis, & occiso Rege Virдумaro. Qua victoria Mediolanum, Comum, Acerrae, pluresque Vrbes Transpadanae in ditionem populi Romani tum concessere, Galliaque Cisalpina tota mox prouinciae formam accepit. Itaque Mediolanum deinceps sub Romanorum tutela florens haud mediocriter creuit, maximè Caesarem Inpp. quorundam auspicijs, qui vrbs elegantia, & opportunitate capti, quod nimirum Transalpinis prouincijs esset uicina, in quibus belli materia vix vnquam deerat, ibi sedem figere, delectus habere, ac legiones inde traducere trans Alpes solent. Constat Traianum Mediolani Regiam aedificasse, qui locus adhuc nomen *Palatii* seruat

ITALIÆ PARS I. 107

uat: moram sæpius traxisse Hadrianum, Antoninos pluresq; alios Imperatores, qui Urbem ædificijs publicis exornarunt.

Maximè verò optimum illum Theodosium, *Caput* & Constantium Augustum, ac Placidam postremi uxorem. Hos præcesserunt Cæsar, Gn. Pompeius, & Maximilianus Hercules, qui ibi sese Imperio abdicauit. Hic Theodoricus Gothorum Rex, & Pipinus Italiæ Rex vitam cum morte commutarunt. Ea propter multi aquæductus, ac quattuor communes effossæ fuerunt cloacæ, quas nostris adhuc temporibus videre est.

Inter S. Saluatorem, ac antiquum Viridarium superbum erat palatium, Ioui dicatum, Imperatorum ergò; Romanorum more, qui Romæ capitolium eodem habebant loco. Vbi modò Concio est erat olim Arenarium, in quo iussa Ducum audiebantur; ibique iustitiæ locus erat. Erat Theatrum histrionum gratia; Hippodromus, aut Circulus Maximus stabat, ubi est Sancta Maria Maior, quo in loco ad cursum agitant equos, ac Martem exercebant. D. Stephani viridarium, olim duellorum causa fuit Amphitheatrum. Sancti Nazarij, templum Ergartulum extitit in quo cum immanibus certabatur feris, ibique alebantur, quod nunc est pratum commune, tunc erat spectaculum, in quo iuuentus equos domabat, atque equis assuescebat. Situm, quem modo Ecclesia tenet Cathedralis, antea occupabat Compitum, in quo pueri pueriles agebant lusus; Vbi est Caularium, erat quondam pomarium refertum præclaris Architectonicæ artis monumentis, pulchris marmoribus, peregrinis plantis, variæ fructibus, floribus, suauè olentibus, & vitreis aquis. Vbi stat D. Laurentij templum, fuerunt insignes Maximiliani Thermæ, Neronianæ, Neruianæ, quæ Romanas artificio, ante se irrehaud quaquam permittebant. Tot inter res antiquas nihil te vsque adeo detineat, quin

Pergas ad armamentarium palatij, vbi videbis at-

ma multiplicia, precio, artificio, & elegantia Principibus magnis quibusque digna, sunt enim nō solum auro, argento, coloribusque per encausticam exornata, sed etiam cœlatura artificiosissima per fabricam elaborata, & mirabile supra id, quod dici potest, Herculis templum, sancto nunc dicatum Laurentio. Hoc Romani Pantheonis, præfert imaginem, sed altitudine, latitudine, ac ædificij nobilitate antecellit, vnum præter antixistum; Mediolanensis enim sexdecim albas habet columnas marmoreas duabus integras partibus, Doricè elaboratas, sed iam consumptas vetustate. Hoc templum erexit Maximilianus, qui Hercules nuncupabatur. Haud procul a Templo Sancti Georgij, Traiani Imperatoris Regiam fuisse autumant. Mediolani rerum sacrarum causa Archiflamen, vti Romæ, morabatur: quapropter secundæ Romæ cognomen, ac insignium loco nigram sortitum est Aquilam. Florentissimum hic fuit studium, in quo P. Virgilius, Alipius, Diuus Augustinus, Hermolaus Barbarus, Merula, Franciscus Philelphus, Coelius Rhodiginus, Alexander Sextus, & Pius Quartus Pontifices Maximi, ingenti cum laude præclara sua exercuerunt ingenia. Hercules Maximilianus Urbem non amplius Mediolanum, at Herculeum voluit appellari: & vt omnes præterea Imperatores, antequam Italiæ vocarentur Reges, solemniter hic apparatus ferream acciperet coronam constituit, quod a plurimis actum est Imperatoribus; idque adhuc in more positum perseverat. Sanctus Gregorius Papa Archiepiscopum Mediolanensem, vt ipsos Italiæ Reges coronaret, priuilegio exornauit: Ea tamen conditione, vt Romam auream a Summo Pontifice coronam acceptum irent. Hæc Regum coronandorum solemnitas in Sancti Ambrosij templo celebratur, & corona Modoetiæ seruatùr accuratè. Mediolani Ciuitas summa semper potentia floruit, quare sæpius Romanis negotium faceffit, frequenter cum Gothis, alijsque cum Barbaris certauit, bellum

gef-

ITALIÆ PARS I. 109

gestit cum geminis Federicis Imperatoribus primo, & altero; Nouariæ, Bergamo, Papiæ, atque Cremonæ quondam acres intulit pugnas: Comum substulit, Laudam deleuit, instaurauit Dertonam, Genuam ex Maurorum seruitute in libertatem vendicauit.

Atque ex cunctis his hostibus insignes retulit victorias: Mediolanum tanti erat Insubriæ, vt Cremona, Verona, & Placentia alij scû ciuitatibus inierint consilium, vt communibus impensis ab Æenobarbo Imperatore dirutum instaurarent. Omni ætate fuit populo frequens; anno ab humani generis reparatione 1250. compertum est 150. millia ciuium ibi fuisse; quorum triginta millia idonei militiæ habiti sunt. Romanorum tempore erat dictum;

*Qui miseram citius cupiunt effundere vitam,
Mediolanum adeant, gens ea dura nimis.*

Quapropter haud iniuria Cicero in Philip. dicit, Galliam Cisalpinam, & ideo Mediolanum florem Italiæ, Imperij præsidium, ac illius pacis ornamentum esse. Quæ profectò res ita se habet, hæc enim ciuitas circumcirca tot habet Colonias, quæ ipsam cingunt, quibus imperat, & quæ imperata faciunt. Mediolanenses Sanctæ Barnabæ beneficio fidei lumine illustrati fuere, cum Diuus Petrus Antiochiæ morabatur, salutis anno 40. hic prima fuit Ecclesia Insubrigiæ; ac totius fortassis Italiæ: ibique suum discipulum Anatonem Græcum Episcopum dereliquit. Cui annis prætereuntibus plures sancti successerunt Pastores, inter quos ille fama super æthera motus Diuus Ambrosius effulxit. Hic Sanctorum Martyrum Geruasij, ac Protasij corpora inuenit, illisque erexit templum, quod suo nomine hodie nuncupatur. Ista primaria erat Ecclesia, in qua serpentis Ænei a Moyse conflati vera similitudo conspicitur, a Theodosio Aug. Mediolanum allata. In columna Diui Bernardi cernes effigiem, qui hoc in templo

mul-

110 ITINERARIUM

multa patrauit miracula, Deo sacra tulit, atque con-
 ciones habuit. Hic sepulchrum quoddam retinet
 corpora Ludouici Secundi Imperatoris, & Pipini Re-
 gis Italiae ex Carolo Magno progeniti. Sancti Am-
 brosij corpus sub altari in profundo iacet puteo qua-
 tuor ferreis subnixum catenis, & vnus liber ab eo co-
 scriptus. Caroli Magni tempestate Angelbertus,
 Pufferlanus Archiepiscopus magnificentissimo alta-
 re cohonestauit pallio, aureis cum quadris viginti
 Sanctorum, Angelorumque imaginibus inuistis.
 Medius stat Saluator a morte resurgens, qui diade-
 matem immensi gemmis pretij rigentem capite
 gerit.

Dextera, atque leua altaris alia quattuor parua sunt
 quadra factorum figuris penitus referta, in medio
 crux sita est. Illa intersepimenta innumeris gem-
 mis, magnisque margaritis sunt vermiclata.
 Posteriori in parte altera est crux argentea duorum
 cubitorum longitudine, latitudine autem vnus, ac
 dimidij, in qua 23. anaglyptæ sunt figuræ miraculis
 claræ. Hoc opus in toto terrarum orbe vnicum, ea
 ætate viginti octo mille stetit aureis: nunc forent
 centum mille, & eò amplius, cuius nunquam satis ce-
 lebratus sculptor Voluinius fertur. Hoc in templo
 Italiae Reges ferrea donantur corona, maiori in ia-
 nua stans Sanctus Ambrosius Imperatori Theodosio
 templi ingressum inhibuit. Nemo est vsque aded
 mentis inops, quin summa afficiatur admiratione,
 si magnificentissimum Cistercientium Coenobium,
 & illud præsertim superbum viderit peristylum.
 Ecclesia egredienti læua exile Sancti Augustini Fa-
 num sese offert, vbi ipse regenerationis perfusus la-
 uacro in fidelium numero fuit relatus. Illam scias
 esse viam, in qua Diuus Augustinus, & Sanctus Am-
 brosius, dum ad Sanctum Geruasium propter bap-
 tismatis beneficium gratias Deo solutum irent, Te
 Deum laudamus, & modulati sunt.

Schott. D. Teclæ templum inuise, sanctis Diuorum reli-
 quijs

ITALIÆ PARS I. III

quibus multis augustum, in quod etiam Sanctus Ambrosius *clauum* Imperator Theodosij donarium reposuit, quem per sacrosancta Christi membra, in Crucis ligno Iudæorum carnifices panxerant. Vix quippiam Mediolani antiquius hoc templo. Quod a Christianis primùm Saluatori nostro, & Diuæ Mariæ Virgini matri eius consecratum fuerat, postea in Diuæ Theclæ commutatum. At multis ante propagatum Euangelium sæculis, *Minerua Parthenon* amplissimum eodem in loco stetitisse aiunt: Deamque ibidem, ut Polybius etiam suffragatur, præcipua antiquitus religione cultam fuisse. Hinc plures opinantur, nomen olim regioni, atque Vrbi hoc templum dedisse: Vt prisca Celtarum, ac nunc etiam Germanica lingua *Megdelant*, hoc est *Virginis regio*, vel terra *Mediolanum* dicatur. Qua quidem in sententia fuisse comperimus Andream Alciatum Iuriconsultum, in omni disciplinarum genere præcellentem virum, sicut in emblematis ipse hoc epigrammate testatur.

*Quam Mediolanum sacram dixere puella
Terram, nam vetus hoc Gallica lingua sonat,
Culta Minerua fuit, nunc est, Sibi nomine Tecla
Mistato, matris Virginis ante domus.*

Ad Ecclesiam Sancti Nazarij, arcem versus, in *Caput* porta Ticinensi, fac videas lapidem rubeum, qui modo sanctus vocitatur; vbi præclara D. Ambrosij trophea, quæ de scelestis duxit Arrianis, videntur: vti in porta Vici armorum ipsius victrix cernitur statua. Præterea aduersa tibi sciscitanti ostendentur loca, Malusangulus, Terra amara ad Sanctum Thomam, & ad Sanctum Victorem Porta Portiana, vbi quattuor annis in tenebris latuit, multosque latens conscripsit libros. Beatæ Mariæ Scaligeræ Templum Regina Barnabæ Vicecomitis vxor struendum curauit: Quoniam verò à Veronensibus Scaligeris trahebat originem, Sanctam Mariam Scaligeram appellari decre-

312 ITINERARI

creuit, ibi superioribus annis Turianorum stabant
ædes. Vbi ad Sanctum Dionysium veneris fac tibi
succurrat, priscis temporibus perniciosum ibi Draco-
nem fuisse, qui pessimè affecerat Urbem, hunc neci
tradidit Umbertus Anglerius, qui dehinc Vicecom-
es nuncupatus fuit. Diui Templum Marci visere
ne prætermittas, in eo quidquid perspectiua possit
ars Lomazzi industria perpendes in delubro Prophe-
tarum, Angelorum, aliorum Sanctorum, atque Sybil-
larum figuris conspicuos, altero in Larario Simon ille
Magus cœlo deturbatus graui casu spectantis animo
haud leuem incutit horrorem.

Nullatenus Mediolano decedas, ni te prius ad S.
contuleris Nazarium, vbi Illustrissimorum Ducum
Triuultiorum sublimia stant sepulchra, maximè con-
spicies sumptuosissimum Iacobi tumulum, de quo ve-
re potest dici, qui nunquam quieuit, hic quiescit, tan-
tis enim fuit semper conflictatus curis. Gaudentis, &
Ceruij multi pictorum nominis. Diui Fidelis Eccle-
sia cum pulchritudine, tum Architectonica varieta-
te, tum etiam singulari Peregrini inuentione, sine
stupore videri nequit. Summa pariter digna est ad-
miratione Ecclesia Monialium Sancti Pauli, & San-
ctæ Barnabæ, vbi reformatorum Sancti Pauli Decol-
lati Præsbyterorum Religio sumpsit originem.
Pulcherrimum Rosæ templum mirificè te oblecta-
bit, vbi Prædicatorum Patrum opera, studio, ac dili-
gentia Illustres Sanctissimi Rosarij sodalitiū sum-
mo habetur honore, summa colitur veneratione.
Viridarij templi amplitudo Figurarum Vicecomi-
tum cura in Sancto Guttardo pictarum elegantia,
turrisque sublimitas humanum animum in stuporem
euehunt. Fanum Sancti Eusthorgij Episcopi ingen-
tem, ac magnificum alabastrino ex marmore habet
tumulum, in quo sacra D. Petri Martyris clauduntur
ossa, qui ex ornatissimo est delubro raris Ciuerchij
insignito picturis, in quibus fugientes planities se se
paulatim absentare, atque in immensos terrarum tra-
ctus

ITALIÆ PARS I. 113

Et us abire, nec non decliues altitudines quasi descen-
dere, ars mira facit videri. Ditissimo in tabernaculo
istius sancti ostenditur caput, ac sepulchrum, in quo
trium Magorum iacuerant corpora Sancti Eusthor-
gij, Episcopi sollicitudine huc ab ultimo oriente
delata anno 330. Quæ multo post tempore, anno sci-
licet 1163. cum Barbarussa Imperator Urbem euer-
tisset, ab Rodulpho Archiepiscopo Agrippinam in
Coloniam asportata fuerunt. Ipsius Sancti Eusthor-
gij corpus ibi quiescit cum innumeris Sanctorum
Reliquijs, quoniam sylvestris olim erat locus, ibiq;
multi ob Christi fidem morte afficiebantur. Nobi-
lium Mediolanensium cineribus plenus est locus;
quos inter magni Matthæi Vicecomitis primi Medio-
lani Ducis, ac Turrianorum sunt cineres, necnon
Georgij Merulæ optimè de litteris meriti, cui, Ludo-
uico Duce Imperante, Ducum more iusta sunt facta,
ac Epitaphium exaratum.

*Vixi alijs inter spinas, mundique procellas;
Nunc sospes celo Merula viuo mihi.*

Super Cœnobij ianuam editum stat suggestum,
vbi dum Diuus Petrus Martyr concionem ad popu-
lum haberet, quod dimidium esset ætatis, & omnes
nimio laborarent ardore, vt instar vmbraculi nubes
super auditores suos expanderet sinus, quod illos ab
infesto solis defenderet æstu, impetrauit. Fratrum
Prædicatorum est Cœnobium, & antiquitate, &
litterarū studijs, & morum honestate nobilissimum;
quod multos virtute insignes protulit viros. Haud
procul Sancti Barnabæ fons emanat, ipse enim hic
degebat: cumque alpestris foret locus, ibi baptizan-
di exercebat munus, atque sacrum faciebat. Huius
fontis haustus sit tibi curæ: nam febres modis pro-
pulsat miris, atque omnem prorsus abstergit ægritu-
dinem. Hæc tamen omnia Sancti Laurentij tem-
plum, olim Herculi dicatum, vt demonstratum est.

H ma-

II4 ITINERARI I

magnificentia post se relinquit. Quod anno 1085. ferè totum igni præda fuit, aureorumque elegantia emblematum fuit corrupta, plures statuae, figurataque æra circa columnas magnum accepere detrimētum. Regium ne omittas videre delubrum Sancto Aquilino a Placida Honorij Imperatoris sorore, vxoreque Constantij dicatum, extrinsecus exornatum columnis, intus verò Porphyretica opera, aureaque emblemata illi summum addunt decorem. Si D. Stephani viferis templum, scias ibi Galeatium Mariam Sfortiam Ducem pugionibus confossum fuisse. Si Sanctum Gottardum adieris, ibi Azonem Vicecomitem Urbis Dominum, ac Ioannem Mariam Secundum Ducem manere memento. Si autem ad Sanctum Ioannem in Concha, te contuleris; Barnabam Vicecomitem Mediolani Principem ibi iacere, tibi suadeas velim. In Sancti Satyri, ac Celsi templis a Ludouico Mauro Duce extructis propè diuinum Bramatis Vrbinatis Architecti, atque pictoris ingenium suis sese ostentat operibus; In Ecclesia Beatæ Virginis Dominæ nostræ egregia inter ornamenta sub organo gemini ingentes stant termini cum capitibus, elegantibusque pannis: In templi prospectu sunt statuae singulari arte conspicuæ. Qui singulas earum partes diligenter secum animo perpenderit, a nullo similes effici posse, fateatur necesse est: In his Beatæ Virginis coelum ascendens excellit anaglyphum Annibalis Fontanæ opus; A stoldi Florentini statua secundum dignitatis occupat locum. In templo patris Beatæ Virginis, ipsiusque patris Ioachini summa Gaudentij industria pictæ videntur historiæ, quæ spectantiu animos maximo afficiunt gaudio.

Virgo manens iuxta crucem, Marco Vglono auctore, Veram ipsius doloris præferet imaginem. Sancti Francisci effigiem Diuus Ioan. Baptista puer Christum adorans condecorat. Insignem Conceptionis Iconem Vincius perfectis exornauit luminibus. In Sancti Francisci Ecclesia stat conceptionis de-

ITALIÆ PARS I. 115

delubrum, Vbi est D. Ioann. Baptista puer supra id, quod dici potest, elegantissimus, quem Vincijs effinxit. Zenali Sanctorum Petri, ac Pauli Iararium illustrauit: organi antes Bramantinus perfecit. hic etiam cruce depositum formauit Christum, qui super sepulchri ianua videtur. Omnino in vehementem stuporem eucharis, stuporem Apostolorum conspiciens in coena, a Gaudentio in Passionis Ecclesia collocata, cuius Christophorus Gibus excellens pictor fertur auctor extitisse. Vt videas incumbe Gratiarum templum Ludouici Sfortiatis iussu erectum, inter venustissimas illius partes primam venustatis sedem elegantissima fornix sibi vendicat, ibi Dominum omnium spinis coronatum offendet, excellens opus Titiiani, dignum, quod æternitate donetur. In delubri testudine Angeli plasticè formati a Gaudentio in motu, & in vestimentis, excellentissimè conspiciuntur. Et in alio loco D. Pauli scribentis, & contemplantis imago ab eodemmet Gaudentio picta visitur. In hoc templo iacet Beatrix Ducissa, quam vsque adeo amore Ludouicus amplectebatur, vt illius post obitum per annum non, nisi stans, vesci voluit.

Hic ponere libet, quæ leguntur supra alteram portarum peristylij eius cœnobij ingenio sa affabre.

*Infelix partus, amissa ante vita, quam in lucem ederet,
infelicioꝝ, quod matri moriens vitam ademi, & parentem
conforte sua orbauit. In tam auerso fato, hoc solum
mihî potest iucundum esse, quod Diui parentes me
Ludouicus, & Beatrix Mediolan. Duces genuere 1497.
tertio Non. Ianuar.*

Ioannes iacet Simonetta Sfortiadum scriptor rerum, ac Iulius Camillus præclari vir ingenij, de quo in altera parastidarum exaratum est.

*Iulio Camillo Viro ad omnia omnium scientiarum
sensa mirificè euenda, & ad scientias ipsas in suum
ordinem apta constituendas natura m. re factò, qui apud*

Dominicum Saulium. Idibus Maij 1544. repentino mortuus concidit. Dominicus Saulius amico desideratissimo P.

In sacrario aurea, argentea, & serica sacra sunt indumenta, multique rerum pretij hinc magna vis est. Hic sunt Fratrum Prædicatorum ædes, tum ædificiorum mole, tum eruditorum, optimorumque Patrum numero celebres, ac, quæ inter primas huiusce Religionis habeantur, dignæ. In peristylorum capitibus magnus ille Zenales pinxit historias. At si illustriores, ac mirabiliores, quæ in toto videantur terrarum orbe, picturas cernere ex tuas desiderio, ut illi Patres in triclinium te ducant, effice, illic enim Domini suis cum Apostolis cœna est, in qua viuos gestus, ac veros animi passionum motus in spirantibus Apostolorum faciebus, ac in cœteris corporis partibus Leonardus Vincijs mira expressit arte: Ita ut similitudinem ipsam videri veritatem, fateri oporteat.

Nec inficiari quis potest, hoc opus supra id, quod cuique credibile est, excellentissimum inter egregias, & mirabiles omnium ætatum picturas recensendum fore. Iphis in Apostolis admiratio, horror, dolor, suspicio, amor, ac huiusmodi animi passiones, quibus tunc omnes erant affecti, liquidò cernuntur. Præsertim Iudæ vultus, proditoris haud absimilis, animo conceptam præferret proditorem. Cumque cœteros Apostolos omnibus absoluisset numeris, Iacobo maiori, atque minori tantum decoris, ac maiestatis inussit, ut postea Christum volens effingere, nunquam Diuinæ illius faciei, quamvis excellentissimus, extremam potuerit adhibere manum. Quapropter perficiendi spe destitutus, cum nihil ei addere posset, consilij inops Bernardum Zenalem egregium pictorem conuenit, qui super hoc consilium quæreri respõdisse fertur. Hic error is est, ut nemo præter Deum illi valeat succurrere. Nã neq; in tua, neq; in alterius sita est manu, maioré imagini cõferre diuini-

ITALIÆ PARS I. 119

uinitatem, quàm tu vtrique Iacobo contulisti: idem Christum sic incompletum relinque. Leonardus Zenalis consilio morem gessit, uti hodie videre est, quamuis tempus edax illi multum picturæ detraxerit dignitatis, ita ut prisca eius maiestas modò visum fugiat.

In triclinij facie, ex naturæ sinu eductæ sunt effigies Ludouici, Beatricis, geminorumque filiorum Maximiliani, atque Francisci, qui Duces fuerunt. Haud procul hinc Patres Montis Oliuetani Sancti Victoris habent Monasterium nobilissimum, quod in Templo sanctum habet Georgium necem serpenti inferentem: cuius auctor Raphael Vrbinas extitit. Octauum mundi miraculum est Cathedralis Mediolani Ecclesia amplissima, Beatæ dicata Virgini, quam anno 1386. Ioann. Galeatius Dux erigendam curauit, cuius longitudo ab ortu ad occasum 250. latitudo verò 130. cubitos protenditur, maior testudo 800. cubitorum altitudinem pertingit in medio quinque nauium longitudinis, ac latitudinis 3. Quarum media, & geminæ collaterales 50. cubitorum habent altitudinem, altera 40. cubitos habet sublimitatis tertia autem 30. Inter quattuor maiores testudinis columnas 32. cubiti intercedunt.

Cœterum est basilica peraugusta, sumptus immensis, ac amplitudinis, artificijque tanti, ut pauca profus quæ in vrbe Christiano nunc extant templum, huic conferri posse existimem, siue magnitudinem, ac architecturam ædificij spectes, siue precia materiarum æstimes.

Quinque habet portas ab occasu ortum versus, geminas meridianas, alteram Septentrionalem. Primam, & alteram nauium illustris sustentat fenestra, tertiam verò alterum organorum. Columnæ eandem tenent descriptionem. Fenestræ, & arcus siue fornices in amygdali morem sunt structæ, licet ars varias effecerit.

Totum templum, vacuas præter fornicum partes,

marmoreum est. Duo sunt sacraria, in quibus videbis rara donaria; Archiepiscoporum, Vicecomitum, ac Ducum vasa, ac vestes ex auro, & argento, gemmis, ac margaritis preciosissimis expolitas, itemque reliquias Diuorum in perornatis, ac inæstimabilibus conditorijs positas. In duobus lateribus templi ingressus geminæ sunt erigendæ turres, aquæ ductus mirabilesque habet cuniculos. Superiores naues eadem plateæ, seorsum positæ, stratæ marmore, pyramides intercedent inferioribus singulæ singulis innixæ columnis. Ferrei nexus ingentem præferunt admirationem, quos mirantes Architecti Caroli Quinti obstupuerunt, qui a terra illos suspiciendo famam minores ducebant: at verò, vbi ascenderunt incredibili sunt affecti stupore tum miram ob artem, cum ob ingens pondus, tum etiam ob tot statuas marmoreas, ferreas, plumbeas, & ob inestimabiles sumptus.

Schott.

Ascendes denique in turris ornatissimæ molem altissimam, vt ex eius ambitu inferiore contempleris Urbis suburbiorumque situm planum, regionisque circum vicinæ spacium, ac conditionem. Obstupesces pulchritudine situs, & amplitudine, atque adeo prouinciam, non urbem te videre meritò putabis. Est enim Mediolanum, vt diximus, opportuno admodum loco inter fluuiorum riuos positum, vt præter vberimas quas habet agri vicini fruges, è Gallia Cispina, & Alpibus etiam, rerum omnium copia, tam ad vsum, quam ad delicias, eò comportari facile queat. Suburbia habet longa lataque, quorum nonnulla cum magnis ciuitatibus certare possunt: Quæ latis aquarum foueis vndique, non secus atque Vrbs ipsa, cinguntur. Considera ductuum commoditatem, per quos vndique nauigijs annonæ copia defertur quotidie: vt nihil non ibi precio vili venum detur.

Capuz.

Resplendet non solum intus forisque crustis marmoreis intectum, verum artificiosarum ex marmore pario

ITALIÆ PARS I. 119

pario statuarum incredibili multitudine circumquaque perornatum, vt integros dies spectatorum oculos artium, ac historiarum varietate detinere possit. Tot inter sanèque absolutissimas statuas Adami, ac Sancti Bartholomæi excoriati simulachra, quæ Christophorus Gibus effinxit, stuporis officinas penitus exhauriunt. Quorum in altero hominis anatome liquidò conspicitur: nec aliud vsque adeò assabrè factum vbiuis gentium reperiri, mihi persuadeo. Huius templi Architectura Germanica est, licet postea recentibus adaptata sit modis. Gemina vastissima habet organa, alterius in antibus stat David cythara pulsans, ante Archam, quem Iosephus Medensis numeris omnibus absoluit.

Elegantissimum habet Chorum. Omnes ferè Vicecomites, ac Sfortiadæ Duces ibi humati iacent. Ad maius altare humi iacet corpus Caroli Borromæi Cardinalis amplissimi, cuius animam gloria cumulatam ad cælum migrasse, pro comperto habendum est, ac maiores in dies gloriæ accessiones illi fieri, quod toti fermè Italiæ piè, beatèque viuendi formam præscripserit. Dextera alterius ex nauibus est tumulus Iacobi Medicei Marchionis Melignani Ducis, per quam strenui, alijs multis cum statuis, eius statua ex metallo a Leone Aretino conflata est, militari habitu a natura haudquaque discrepans. Summa prosequere veneratione vnum ex clavis, quibus Dominus noster cruci fuit affixus, qui incredibile diligentia, & pietate seruatur, ac colitur, hoc in templo Mediolanum a Theodosio allatus. Haud parua dignum est admiratione Xenodochium maius in quadro positum, columnis vndique septum 600. cubitos habet spatij, videlicet 150. per quodlibet latus, quattuor cum quadris columnis munitis, amplifque domicilijs, inferius fornicibus omninò fulcitum est, & vacuum, vbi tumultuosæ sunt officinæ. Media in cruce degunt infirmi, & aduersa laborantes valetudinè.

Eo in loco centum, & duodecim sunt cubilia connecta, vndique clausa, pari distincta modo, in medio stat altare, ita coaptatum, vt, cum fit sacrum, omnes infirmi Sanctissimum Domini Corpus adorare valeant. Eius redditus sunt quotannis aureorum 50. mill. & si aliquando 60. & 90. millia soluantur. Nutrit animas 4. millia, aliæque domus pietatis, quinque mill. Sancti Georgij diuersorium peste affectorum æquo in quadro mille, ac octingentos ambit cubitos, quod viua cingit aqua, intus circumseptum columnis, innumera sunt cubicula, vnumquodque necessarijs est communitum rebus. Is locus est extra portam, quæ Comum ducit.

Mediolanum omni ætate nobilissimas aluit familias, quæ Roma hinc concesserunt. Pusterlorum gens, olim Ambigatorum, ab Ambigato Celtarum Regem trahunt genus, cuius nepos Bellouesus Mediolani fundamenta iecit. At Turriani, qui a Valle Sassinæ egressi, longè cœteras excelluerunt familias, & Mediolano iura dedere a Martino ad illud vsque temporis, quo a Vicecomitibus fuerunt ab Imperio deturbati, anno 1324. ferè omnes secesserunt, atque ijs diebus plures illorum Fori Iulij, Genuæ, & Comitum vitam exigunt. Alter fuit Martinus Turrianus, qui in Arabia, vbi Dux erat Conradi Secundi Imperatoris contra Barbaros in eorum redactus potestate, ob Christi fidem de barbarica immanitate martyrij retulit triumphum. Vicecomites suum iactant genus a Troianis, qui ad maiore lacu Anglû, qui Angleria dicebatur, struxere; vbi isti fuerunt Domini, & cum primi inter Insubres haberentur, a Maximiliano Diocletiani in Imperio collegæ Herculis acceperunt insignia. Anno 476. Alion, quia Insabres a vi tutaretur hostili, in Comitum Italiae locum subrogatus fuit, ac Procomes vocabatur. Quoniam vero præclare, ac strenuè illam agitauit Prouinciam, Procomitis cognomen sortitus est. Atque eius Nepotes non Angleerij, sed Vicecomites, vti fert Italicus, ser-

ITALIÆ PARS I. 121

fermo, ab eo tempore sunt nuncupati. Non defunt, qui Vicecomites ab Alitprando Desiderij Insubriæ Regis nepote genus deducere, autumant. Penès duodecim ex his 170. annos Mediolani ius, atque ditio fuit. Non est in Italia gens, cui maior contigerit dominatus. Hæc enim, Ioanne Galeatio Duce, nouem & viginti vrbes suo rexit Imperio, ac præter Insubriam, Genua ad Monacum vsque portum, Bononia, ac Pisæ illius cesserunt ditioni. Huc accedit, quòd super Bellunum, atque Tridentum suum protulit dominium.

Ex illustrissima Sfortiadum gente sex Duces, exercitus Imperatores, Cardinales amplissimi, Regina, ac Imperatrix emerere. Mediolanum nobilitatis, ac Imperatrix emerere. Mediolanum nobilitatis, atque antiquitatis splendore, vndique refulget. Innumeros armis insignes protulit viros, Vicecomites Turrianos, Sfortiadas, Triuultios, Biragos, Mediceos. Litterarum gloria claros edidit Decium, Iasonem, Alciati, Comitum Cæcilium, Valerium Maximum. Imperio dedit Didium, Iulianum, Maximilianum, Herculeum, Ruffum, qui ter consultum administravit. Nostra ætate vitalibus vescuntur aureis plurimi titulis insigniti, ac nobilissimi Equites. Quattuor Summi Pontifices, multi Purpurati Patres, Pastores, ac Beati Mediolano gaudent patria. Inter Cardinales gloriæ splendore coruscat Paulus Æmilius Sfondratus, qui Gregorij Decimiquarti, auunculi sui tempore Christianam moderatus est Rempublicam, quem vitæ integritas, sapientiæ excellentiæ, & morum probitas, qui laudum præconijs ad sydera feratur, dignum sanè efficiunt. Archiepiscopus semper vti Princeps habitus est, multosque per annos Dominiij clauum rexit, ipse Imperatores ferrea exornat corona: Hunc a Genua, Bononiam vsque omnes Episcopi suum agnoscebant Metropolitanum, ac incredibile prosequabantur honore. Eoque fastus processerat, vt ducentis annis Romanum non agnosceret Pontificem. Gothorum temporibus castella,

&c

& ius in Siciliam vsque fertur habuisse; ac vna cura
Rauennatensi Italiae primus ducitur. Ab hoc Ar-
chiepiscopatu, non secus, atque ex sole lux, in tot
Italiae Ecclesiam Card. Caroli Borromaei studio, &
diligentia, reformatio emanauit, ac in suo perseverat
robore, cum summa ope nitatur Federicus Borro-
maeus Cardinalis, qui omnes fateri cogit, illustres ani-
mos plurimum diuino cultui conferre posse.

Schott. Non pigebit doctas quasdam Epigraphas obiter
hic inferere, quo studiosum lectorem varietate cogni-
tionis antiquae non nihil recreem. Reperies ad Ia-
num portae interioris, qua Bergamo intratur, & rursus
in porticu basilicae S. Stephani plura epitaphia Ro-
mana, è quibus haec:

C. Firmius. C. L.

Flaccus.

Sagarius

Sibi. Et.

Lychoridi. L.

Faustae. L. V.

Fido. L. V.

Nymphae. L. V.

Actae. L. V.

H. M. H. N. S.

C. Cassius.

Sopater. Linarius

Sibi. Et. Cassiae. C. L.

Domesticae. Linar.

Patronae. Et

Cassiae. Suauis. L.

Et. Cassiae. Pri-
migeni. L.

Aliud.

Aliud.

Viua. Fecit

T. Iunio. T. L.

Ampioni

Iunia. T. L. Diseto

Sibi. Et. Patrono

Suo. Fecit

P. Valerio. P. Li-
bert. Palat.

Tacito

VI. Viro Seniori

Et. Augustali.

Aliud.

ITALIÆ PARS I. 123

Aliud.

D. M.
 Cardo. Augg.
 Lib. Ex. Proc.
 Pantermina
 Lupula
 Cum. Filijs
 Coniugi
 Incomparabili.

Effigies Ampio-
 nis, & etiam Iuniæ,
 Disetonis in fronti-
 spicio faxi eiusdem
 ad viuum exculptæ
 sunt:

In porticu Templi, in Nemore S. Ambrosij, est ta-
 bula lapidea, in qua Epitaphium, & formula legati
 cuiusdam sic extat:

PETRONIO. IVCVNDO.
 VI. VIRO. SEN.
 PETRONIA. MIRAND. PATRONO
 QVAE. HS. CCCC. LEG. POSSESSORIB.
 VICI. BARDOMICI. IN. STATVAM
 TVEND. ET. ROSA. QVODANNIS
 ORNANDAM.

Rursus a porta Ludouica, non procul ante fores Pa-
 latij, cuiusdam ara marmorea quadrata, in cuius vno
 latere *Diana Lucifera*, vt eam nuncupat Tullius, ex-
 sculpta est, cum erecta face in manibus, quapropter,
 & *Facelina* eam appellauit Lucilius Satyrarum tex-
 tio cum dixit:

— *Et Rhegyna videbis*

Mania, tum Liparas, Facelina templa Diana.

Nam & apud Liparitanos tali forma colebatur
 Dea, ad cuius pedes item canis venaticus exsculptus
 sedens, ac Deam obseruans, in altero latere simula-
 crum

chrum est *Apollinis Medici*, incumbentis tripodi, reiecta, a tergo pharetra, cum lauri ramo in dextra. Ad Apollinis pedes stat cithara in bicorni testudine concinnata, & adiacet inuolutus *Python* serpens, quæ Dei sunt insignia. Nam inde *Pythius*, ac *cytharædus* a poetis nuncupatur. In aræ eiusdem frontispicio hoc votum exsculptum legitur:

ÆSCVLAPIO ET HYGIÆ
SACRVM

C. OPPIVS. C. L. LEONAS.

VI. VIR. ET. AVG.

HONORATVS. IN. TRIBV.

CL. PATRVM. ET. LIBERV

CLIENTIVM. ET. ADCENSVS

PATRONI. SANCTISSIMIS

COMMVNICIPIBVS. SVIS. D. D

QVORVM. DEDICATIONE

SINGVLIS. DECVRIONIBVS

*. III. AVGVSTALIBVS. *. II. ET

COLONIS. CENAM. DEDIT

L. D. D. D.

Caput. Frequentantur Mediolani Ecclesiarum collegiatarum 11. Parœciarum 71. Monachorum Regularium 30. Clericorum Regularium 8. Monialium 36. Disciplinarum 32. Quæ cum alijs aliorum ad numerum ascendunt 238. Gymnasia, in quibus docentur pueri Christianæ Religionis instituta 120. sunt.

Viuunt hac in Vrbe animæ 3 ro. mill. & merito nomen sibi vendicauit Magnæ Urbis, cum dicatur, *Milano Grande*, & inter quattuor primas Italiæ recensetur Vrbes, quæ sunt Roma, Venetiæ, Neapolis, Mediolanum, quod etiam inter decem maiores, & ampliores

ITALIÆ PARS I. 125

pliores Europæ Vrbes sedem sibi vendicat, vnde occasiones sumpsit Aufonius Poeta Gallus scribendi.

*Et Mediolani mira omnia copia rerum,
Innumera cultaq; domus, facunda virorum
Ingenia, antiqui mores, tum duplici muro
Amplificata loci species, populisq; voluptas
Circus, & inclusi moles cuneata theatri:
Templa, Palatinaq; arces, opulensq; moneta,
Et regio Herculei celebris sub honore lauacri,
Cunctaq; marmoreis ornata peristyla signis,
Mœniaq; in Galli formam circumdata limbo.
Omniaque magnis operum soluit amula formis
Excellunt, nec iuncta premit Sicitia Roma.*

Tanta Ciuitate perlustrata, & Portam Comasiam egrediens, iter habebis versus Septentrionem, ac montes, & post passus 25. mill. peruenies Comum, quo itinere nihil spectandum reperitur, præter vicum Barlassinæ Mediolano distans milliariibus decē, in quo Sanctus Petrus Martyr Comprædicatorius ab Hæreticis interfectus fuit, atque eo in loco, vbi apostolicum symbolum sanguine descripsit, cauus est, vnde noctu, & interdum effoditur terra, nec vnquam effossa videtur. In aere illo suæ claritatis faces Deus ostendit, corpus vulnerati viri magnificans. Est Comi Ciuitas in planitie montibus vallata, & lacu Lario insignis, tum ciuium lepiditate, ac benevolentia, cum Pauli Iouij Museo spectanda. Villa est in conspectu Vrbs peninsula modo in subiectum circumfusi Larij pelagus exporrecta, & in profundo vado surgit ædificium, in quo Paulus ipse, non ignobili studio, tanquam in augusto virtutis templo clarorum virorum dedicauit effigies, cuius Musei descriptionem leges in Elogiorum principio.

Nunc præter perpectos parietes nihil in eo reperies admiratione dignum, at icones, panni etiam Abyssinorum, siue Presto Ioanis Echiopum Regis, at

cus,

cus, arma Antipodum, & multa alia nationum exterarum, & magni valoris, ac inuisa, videntur penes Iouios. In maiori æde ad Ieuam stat Benedicti Iouij elegantis scriptoris cineres, nobili sepulchro asseruate, legunturque antiquorum inscriptiones, quibus perspicua fit Urbis eius antiquitas, & in Romanum Imperium perpetua fides. Non inuito Neptuno nauigium lacum permeabis molli, & vitreo equore stratum 300. stadijs in longitudine, in latitudine verò maiori 30. profensum. Strintium piscem ei peculiarem comedes, & lætissima littorum facie delectatus ad Plinianam fontem peruenies, inde quasi ad Iaci finem, & ad Belasij Nobilium Sfondratorum Palatium. Illic Aquilone reluctante sunt muri pinati, pomifera arbores, vites topiario opere concaemerata, læta nascentium alpium iuga, syluosi montes, liberior cœli facies, benignæ naturæ munera, loca continuis vmbri opaca, alia perennem splendorem phœbeum semper videntia Larius peramenis meandris ad Germaniam reflexibus duritiem hyemis suauiter frangit, quibus æquata auræ Syrium in cœlo ardere non sentitur, & damnatos menses temperie mitigatos esse dicitur. Interiora conclauia Palatij, vestibula, porticus, & tota fabrica digna est Principe hæro, & uti aureæ quietis beata sedes, ad summum apicem florentis elegantia peruenit.

Inter agrum Comensem, & Bergomatem, & extra Portam Nouam apparet Modoeria oppidum fama celebre decem milli passuum Mediolano distans, quod Lamber diuidit, & Agilulphi Longobardorum Regis opere extat insigne, Regina Theodolina eius coniuge ibi Sancti Iouannis Baptistæ Templum erigente, maximis locupletatum diuitijs, eximijque muneribus mirum in modum auctum. Infiniti valoris Saphyrus vnus in eo conseruatur, & ornamentum maioris altaris, quod est aureum margaritis, ac lapidibus pretiosis admirabile, Sanctorumque Reliquijs a Diuo Gregorio elargitis locupletatum.

Fru-

ITALIÆ PARS I. 127

Præuntur Modoetienses corona ferrea, qua Imperatores Mediolani coronantur pro Regno Italiæ, quamque Otho. Secundus Imperat. Modoetiæ reliquit.

Aurea quippe est, sed ob ferream laminam illam secantem ferrea dicitur, quam esse multi asserunt alterum ex clavis, quibus pependit in Cruce Mundi Saluator. Hinc ad montana pergens Somaschæ pagum amœno situ inuenies, & illustrem exordio patrum Clericorum Regularium, qui a loci nomine Somaschi nuncupantur, quiq; Ecclesiæ Dei multimodè inseruientes, certam suam faciunt Vocationem.

Leucus fortilitium Ducis Mediolani supra miliaribus tribus, in ora lacu Larij sit cunctis obuiam, & inde nauicula Comum pergimus, & pedestri itinere ad Rhetios, vbi etiam ad ima fluit Abdua flumen.

Ad leuam Modoetiæ eminent colles Briantini, in quibus Troia oriundus Briantius Urbem quondam posuit nunc solo æquatam, cuius agri vina optima pariunt, & amœni, ex cultiq; coluntur.

Ad dexteram partem, itineris spatium pass. 3. miliarium coluntur agri quidam dicti Bicocca, in quibus Franciscus Secundus Sfortia Dux, de Lautrecco Gallorum Duce inuictè superato gloriosè triumphauit, quo in prælio multa hominum millia desiderata fuerunt. Et paulatim dextrorsum incedentes ad nauile, quod ex Abdua propè Vaprium exit, & Mediolanum currit, & Vaprium, & Abduam peruenimus. Vnde homines ducantur extra Portas Orientalem, Tosamq; egressi, iam satis dictum fuit.

Habet Mediolanum versus cadentem solem Portam Vercellensem, ex qua egressus Rhod pagum non ignobilem reperies, & ibi Imaginem Mariæ Genitricis Dei gratijs in homines propensæ, & hinc ad nauile deducis ex Ticino ad Urbem dilabens, quo trāmeato Bufaloræ, aut Biagrasse flumen ipsum Ticinum, & prætergredies; vbi si ad dexteram flectes, vi-

As plerisq; pagis, & castris, occurrit tibi lacus, maior, quo in loco incipit effluere Ticinus amnis Papiam versus, & ibi retinet Angleriã unde olim DD. Angleria dicebantur, magna iurisdictione, & principatu conspicui, qui nunc Vicecomites appellamus.

Non multum abest a prima ora lacu templum Satornæ Dei Matri dicatum, miraculis nobile, & ad pietatem excitandam aptissimum Mediolano in montibus pass. 17. mill. distans.

Ticino transmeato cum incedimus ad lëquam, itinere viginti mill. sita est ciuitas Viglebij, noua, parua, & cœli temperie ditata. Hic est laxandi animi gratia locus aptus Principibus Mediolani, qui venatione maxima recreari possunt in villa Sfortiaca, a Fratrib. Dominicanis Ludou. Sfortiæ Ducis liberalitate possessa, de qua ipse viuens legi voluit in Palatio ibi magnificè extracto.

*Vilis gleba fui, nunc sum ditissima tellus,
Cur? quia Sfortiadum me pia dextra colit,
Mutata est facies, mutataq; nomina, vilis
Dicebar, dicor nunc ego Sfortiaca,
Lituicus agrostulit hos, nec pœnitet esse
Auctorem pacis conuenit agricolam.*

Hinc si ad partem dexterã gradieris, Nouariã inuenies, & Laumellinam regionem, si verò ad lëquam Mortarium, ab antiquis sylvam bellam nuncupatum. Mortarium inde vocitatum est cum Carolus Magnus eo in loco, Regem Longobardorum Desiderium expugnauerit, & omninò fugauerit, multis occisis, & perditis. Contermini huic apparent Papienses, & Pedemontani agri.

Portam istam ad Occidentem, Vercellarum dici scripsimus, ad eam nempè Ciuitatem perducit recto quasi itinere, longo quidem, & plano semper solo calcato, inde ad reliqua loca Pedemontanæ regionis.

Vnde

ITALIÆ PARS I. 129

Vnde qui postea Vicecomites voluerunt appellari, olim DD. Angleriæ dicebantur principatu conspiciui. Superius stat Varesium castrum nobile, & in eminentiori colle post 4. milliaria itineris, Locus est Varalli, vbi plasticè sepulchrum D. N. & alia nostræ salutis mytheria videntur, summa veneratione digna, & a multis in dies frequentata, ibique propè Luganum, & lacus alter suas habet aquas, *deinde Rhetum* montes, & loca.

ITER MEDIOLANO

TICINVM.

Relicto tandem Mediolano *Ticinum* proficiscere, *Schott.*
 sed ex itinere non nihil deflectè, Chartusianorum Cœnobij amplissimi, quod vtrique huic Vrbi interiacet, visendi caussa. Cuius templum ex vario preciosoque marmore a fundamentis excitatum, historiarum sculpturis, ac statuis artificiosis exornatum, a prima fronte ingredientibus religionem incutit, & introgressos maiestate quadam augusta suspensos tenet: dum offeruntur oculis tot picturæ, altaria, & sacraria, auro argentoque ditissima: ædiculæ marmoreæ, monumentis pulcherrimis decoratæ. Condidit Templum, ac cœnobium Ioannes Galeatius Vicecomes primus Insubrium Dux, atque locupletissimè dotauit. Cuius in æde sacra sumptuosissimum ex marmore sepulchrum, cum statua, ac imagine ad viuum facta visitur. Adiunctum in tabula marmorea litteris inauratis, rerum ab ipso gestarum elogium præclarum, ac lectu valde dignum. Videbis per sacraria, & ædículas, preciosa, & rara principum donaria, Diuûm Reliquias, atque pulcherrima quæque templi ornamenta. Perlustrabis sumptuosissima ipsius monasterij ædificia, porticus milliarias, sacerdotum habitacula cum hortis, pomaria, lucos,

noſocomium apparatiſſimum, cœteraquę omnia viſu digna.

Sacras has ædes egreſſo apparebunt tibi mox in itinere viuarij capaciſſimi ſep̄ta, murus latericius, ſed magna ex parte nunc dirutus, & deiectus, qui millia paſſuum viginti in quadrum circumductus concludit arua, ſyluas, & prata feris enutriendis deſtinata. In quibus olim apri, cerui, damæ, capreoli, lepores, & id genus animalia ad venatum continebantur. Auctor eius operis idem Ioann. Galeatius Dux fuit, qui cœnobium condidit. In iſdem ſeptis caſtra ſua metatus erat Fr̄c. Primus Galliarum Rex, Ticinum obſidione premens, cùm a Caroli V. Imperatoris ducibus Lamoio, & Borbonio, victus proelio, caperetur cum Rege Nauariæ, & præcipuis Galliarum principibus, anno poſt Chriſtum natum 1525.

T I C I N U M

vulgò P A P I A .

Ticinum condidiſſe Leuos, & Maricos Ligures, ad annem eiufdem nominis non procul a Pado, Plinius auctor eſt. Alij a Gallis Boijs, ac Cœnomānis conditam volunt: quos Eutropius, & Paulus Diaconus ſequi videntur. Vrbs illa, Romano ſuccumbente Imperio, primùm ab Hunnis Athyla Duce: mox ab Odouacre Herulorum Rege vi expugnata, direpta, & muris complanatis incenſa fuit. Poſtea Langebardi eam tenuere, ac ſedem regni fecere, multisque præclaris ædificijs excoluere, quorum Paulus Diaconus meminit. Fuit ex ijs D. Claræ monaſterium a Peterito conditum, a Theodorina Regina: Diuæ Mariæ Perticalis ædes, a Luitprando Rege, Diui Petri, cœli aurei cœnobium, in quo D. Auguſtini Corpus, ab eodem Rege è Sardinia deportatum albiſſimo, & marmoreo ſepulchro ſeruatur, vt alia præteream

teream nobilia ædificia, quæ breuiter commemorar non possent.

Hic castrum Galeatij primi Ducis videbis, & statuum celebrem, ac peruetustam equestrem ex cretam Antonini Pij quidam esse colligunt, ex vultus lineamentis, ac barbæ forma, dictam *Regisole*.

Qui Longobardorum scepra tenuerunt in Italia *Capua*.

22. numero fuere, annis duobus supra ducentum regnantes, a quibus magna nobilitatis incrementa successerunt. Hic castrum Galeatij primi Ducis videbis, & Prouinciarum scepit hæc ciuitas, quæ Regia fuit, & Prouinciarum Domina. Numerosus populus est Papiensis ad arborum, & litterarum exercitia promptus. Huius Ciuitatis alumnus fuit Ioannes Decimus octauus Papa, Thesaurusque Beccaria martyr, & gestorum stemmatibus nulli cedit Urbium Prouinciæ. Multa visu digna spectantur in ea palatia, turris maximè, in qua Boethus ille magnus ex humanis abiit. Papiæ dicitur a Papæ dictione vnus admirantis, cum suarum rerum copia, & optimo agro in stuporem quemquam vocet. Nullus habetur situs pulchrior Papiensi, cum parum distet a montibus Apennini, & vsque ad amnem Ticinum decliuus paulatim existat.

Insuper pulcherrimis, & crySTALLINIS aquis fluuij ex lacu maiori ad Padum currentis, traiciuntur ponte lapideo propè Urbem inter alios Italiæ magnificentissimè posito a Galeatio Vicecomite Duce.

Hac in Vrbe est Academia, quæ a Carolo Magno, nõ diu post Parisiensem erecta esse creditur. Is enim Imperator ad conseruandam, propagandamque veram doctrinam Christianæ Religionis, quosdam sapientiam profitentes Ticinum misit, vt illam ibi in animos hominum infunderet. Omnium scientiarum doctores regio munere amplectuntur, stipendio numero dignos facit, munificentia sua florida ingenia ad se exornandam trahit. Iason celeberrimus Iuriconsultorum multos annos in ea professus est.

Baldus eorum Antesignanus hic postremam suam doctrinam effudit, moritur denique, & in Conuentu

Minorum sepelitur. Vnde Foelix Academia dicitur, & magna aeris puritate, excitat ad sapientiam ingenia, & acumine quodam vigere facit. Sacram verò philosophiam de vero Deo primus Ticini professus est Syrus Aquileiensis eo tempore quo Diuus Petrus eam Romæ docebat, quā hactenus fideliter retinuit. Propterea decretum fuit, ut iam non a flumine amplius Ticinum, sed Papia vocaretur, quasi piorum patriam dicas, siue piam, & veræ religionis patriam sedem Episcopos inter Sanctos relatos habet, quos tanquam proprios, & speciales Apostolicæ sedis filios amauerunt Summ. Pontif. Constituta in rerum suarum potestate Papia, Sedem Apostolicam non solum in Ecclesiasticis, sed in Secularibus negotijs publicè administrandis quam plurimum venerata est, adigens præcisè, suos Prætores, ac Magistratus in ingressu officij sui, ad iurandum hisce verbis.

Ego Potestas, vel Consul Iustitia Papia, & cætera, Ad honorem Dei, & Virginis Mariae, ad honorem, & reuerentiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Sereniss. D. Ludouici Romanorum Regis, & Ciuitatis Papiæ bonum statum Iuro ad Sancti Dei Euangelia, corporaliter tactis scripturis, quod sum, & ero fidelis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Roman. Imp. Quam iuramenti formam præstuisse illos comperio, longa temporum serie.

Carolus Magnus in Galliam profecturus Gentis Langusæ viros virtute conspicuos Papienses Patritios sub Imperiali Vicariatus titulo Ciuitati præfecit. Hunc ferè morem subsecuti Cæsares, vel Romanorum Reges pari ordine obseruarunt Fridericus Aenobarbus Papiensibus ius, & potestatem tribuit suo arbitrio eligendi Consules, qui populo iudicerent. In qua quidem potestate constituta Papia Ciuitas suo nomine tantum, & non tanquam prouincialis alterius Urbis interuenit in foedere postea facto inter Lombardiæ populos, & Fridericum Imperatorem. Sub hac, & Imperij potestate perseuerauit Papia annis fermè 180. quibus transactis Galestius Vicecomes

ITALIÆ PARS I. 133

mes Imperij Vicarius, ascitus Comes Papiæ a Papiensibus fuit, cuius Ciuitatis dominum Comitatus nomine ipse, ac posteri Vicecomites, & Sfortiadæ Principes habuerunt. Diuerso, ac separato titulo, & iure illis applicata fuit, ad iudicandum talem dignitatem minimè contineri sub Ducatu Mediolani, sed Ticino inesse suo proprio, ac peculiari iure, tanquam Rom. Imper. Comiti, idest inferiori Sociæ. Nunc diu possessa a Philippo Secundo Rege Catholico, Philippo Tertio libentissimè subest. Nulla est ferè ciuitas in Circumpadanis regionibus aptior ad rerum nouitatem, tumultusque compescendos, quam Papia, agerque Papiensis, diuidens suo situ, ac amplitudine fluuiorumque interpositione Mediolanenses, Nouarienses, & alios populos Insubres a Placentinis, Bobiensibus, maritimis, ac montanis Liguribus, & Genuensibus, Derthonensibus, Alexandrinis, Casalensibus, ita vt inter se conspirare, viresque suas coniungere populi illi suo arbitratu nequeant, Papia eis opposita, ac naturæ situ intermediata. Et (quod summum est) Ticino, & Pado fluminibus aptissimè dominante, Fatalis Ciuitas, porta, & clauis Lombardiæ vocatur, quoniam ipsa aditum Duci, & exercitui præbere citrà, & vltra Padum, & Ticinum facile potest. E contrario quoque, ipsa ciuitate præsidio firmata, & reluctante, impediri aditum inuadere volentibus, ac transitu prohiberi hostiles acies ex rerum suarum oportunitate Papia potest.

Ticinum amnem nauigantes Placentiam, vel Cremonam perueniunt, & pedestri itinere ad dexteram partem declinantes, Viqueria illustre oppidum inuenitur, Pado prius transmeato, & viarum pessimæ Pancaranæ superatis angustijs. Vltra Viqueriam Derthona, Alexandria, Monsferratus, & Pedemôtes suos habet fines.

ITER MEDIOLANO

VIA ÆMILIA BONONIAM,

Florentiam, & Romam.

Iter aggressurus Mediolano Portam quę Romanę dicitur egredieris, & Laudam ad meridiem perges, habens ad dexteram partem agrum Mediolanensem, in quibus est Clarauallis cœnobium, visu dignum redditibus, ædificijs, & dolio quotquot sunt in orbem terrarum amplissimo. Manphredus Archintius Abbatia illi spatiosa, & lata arua donauit, inter quę vinea Pilastrelli spatiosa fuit, quę alias Vinea pauperum vocitabatur, cum vinum ex ea collectum pauperibus totum gratis largiretur, & in hoc vno dolio asseruaretur. Continet vini mensuras sexcentum, quę a Longobardis Brentę dicuntur, Tignis quattuor magnis cinctum, & totidem triangulis in capite, alijs vè orbiculatis trabibus, & cum sicum, obinaneque diu fuerit, ac existat, principes, Reges, & Imperator Carolus Quintus illud ingredi minimè dedignati sunt.

Hac via incedentes in eam parte agri sunt Papięses, Landrianum pagus, & in ipsa offendes Marignanum, seu potius Malignanum a Lauda decem millipassuum distans, oppidum amplum, & magnificum, quod annis Lamber alluit, aere salubri, & aruis vberitate refertis, ad quod antequam peruenias, ad læuam perlustra locum, in quo Franciscus Primus Gallorum Rex Heluetiorum strauit mill. 16. quibus occisis Maximilianus Sfortia Dux principatum, & libertatem perdidit.

Sex verò illinc millibus situm est Sacti Angeli castrum nobile, a Lambro madidum, vbi quolibet mercurij die emporium habetur frequentatum, hinc ad 3 mil. vberis prisca fuit Lauda videtur. Ad læuam regię vię loca
sunt

ITALIÆ PARS I. 135

Ante aquis Abduæ irrigata, Crema Ciuitas, ac Territoriu, & quæ Brixia Mediolanū proficiscendo vidimus, Planis gressibus, hoc solū proteres, Pomonæ, Cereris, & Baccho charissimum, & benè cultum, & Laudam admiraberis.

L A V D A.

Huiusce Urbis prima fundamenta iacta fuerunt tempore Federici Barbarussæ, qui suis omnibus cum primatibus, dum construeretur, adfuit, atque ciuibus non exiguas gratias est impertitus, & priuilegia. Quamobrem nulli subiecti Laudenses vixerunt, ac postea Vestaninis conciuibus suis se subiecerunt, ac demum ditioni Mediolanensi. Hæc noua est Vrbs, ac demum tria millia passuum procul Vrbs antiqua manet, tempore Bellouesi a Laudo nobili Gallo ædificata, ex quo Lauda nuncupatum. Deinceps Lauda Pompeia vocitata fuit: Pomp. enim Magni Pompei pater eam instaurauit, quapropter, quæ adhuc uiget, eodem nomine fuit appellata. Hanc inter Vrbes Corradus Secundus Imperator cooptauit precibus Eriberti Mediolani Præsulis; utque cognoscas nos Italos erga nostrates immanissimos fore hostes, scies, totam hanc Ciuitatem euersam, populum a Mediolanen. expulsam fuisse. Et ne de cætero in vnum Laudenses coirent ad ipsam restaurandam, eos in villis ab inuicem disinctos habitare iusserunt, mercaturam exercere, coemere, affinitates contrahere omnino vetitos, & ex finibus cuiuslibet assignatis, nemini exire dabatur absque graui multatione. Hac barbarica lege oppressi Laudenses lustris decem annis dempto vixerunt. Hinc Deus iudex iustus, Mediolanen. ipsos grauissimè afflixit, direptionibus, incendijs, & crudelitibus Friderici Imper. aliorumque Principum. Præclara in ea videntur ædificia, amœno floret agro, atque omnium rerum vbertate.

quibus homines indigent, Arua, prataque latissime patent, frumentis, & pabulis æque, ac quavis Italiae locus, abundat. Limpidissimis etenim, & frigidis irrigantur aquis, diuortijs ducis, quæ ad modum inter se sunt frequentia, ut tum admirationi, tum incremento sint. Quapropter quinque etiam quibusdam in locis secantur herbæ. Maiorem opinione armentorum numerum pascit, unde maxima casei copia conficitur, metalaetes ea magnitudine sunt, ut quingentas exiguas libras onere præstent. Insuper optimis carnibus exuberat, maximèque gustum alliciunt vitellorum linguæ, quæ sale condiuntur, & pulcherrimè dono dantur. Optimos pisces ex fluuij, riuusque expiscantur, & præ cæteris Cisalpinæ Galliæ locis præstantissimis murænis abundat. Duodecim millia personarum alit. Præclaris est cohonestata familiaris, quas inter Vestarina domus, quæ Laudæ domina fuit, excellit. Hinc bona indole, tum ad litteras, cum ad arma paratissimi nati fuerunt. Duo passuum millia, & ultra murorum ambitus patet, in planitie forma quidem orbiculari sita est. Unà ferè cum Mediolano Sancti Barnabæ cohortationibus Christianam fidem complectitur. Præsulem habuit Sanctum Bassum, cui ab Episcopis, & Ciuitate fuit oblati Theaurus, vestes nimirum sacerdotales auro, gemmisque intertextas, calices, cruces, acerræ, ac pretiosa alia vasa multa, & decora arte cœlata, munera quidem singularia, & admodum digna, ut quasuis Italiae sacras ædes exornare possent. Non est silentio prætereundum templum, quod Incoronatæ nuncupatur spherica forma, & multis opibus refertum, quo maximus fit Conuentus. Deipara enim Virgo in eo multos votorum compotes facit. Laude vasa præstantissimuntur, & ferè Fauentinis conferenda. Aluitur ab Abdua flumine, quod per pontem longum ex lignis fabrefactum transmittitur. Vrbs non paucis commodis affluens fœcundè colitur. Aer salubris maxima temperie viget, dulces, & leues obstrepunt aquæ,

ITALIÆ PARS I. 137

aque multarum segetum ferax est humus. Ex vicifitudine Mediolanensis ditionis, damna frequenter est perpeffa, at nihilominus eò redacta est, vt multis de cauffis illustris habeatur, & Catholici Regis paret voluntati.

Si ad loca Orientem versus, ac meridiem flectes, erunt Cremonenses agri, & Ciuitas ipsa Cremonæ, quam quidem vnà cum Mantua, & Bononiam vsque ac Ferrariam effigiare curabimus, & inde Romanam viatorem flaminia, Picena, & Hetrusca via perducemus. At si recto itinere, & quasi ad meridiem incedes, milliariibus sex peractis Abbatia Burghetti reperietur diuitijs onusta, & a PP. Oliuetanis custodia. Vltcrius procedendo alijs passuum sex milibus, in montem ascendes D. Colombano dicatum, fructuum, & vini inter delicatiora delicatissimi feracem. Ad viam primariam reuersus, læua parte est Somalia pagus, offendes & Abbatiam Hospitaletti, in qua vbertate magna, & numero Deo famulantur Regulares D. Hieronymi. Eodem itinere occurrit Zorlescus vicus, & Casalís Pusterlengus a Pusterlis nobilibus Mediolani positus, Padus denique traicitur cymba, & mille passibus solo territorio Placentiæ eris.

PLACENTIA.

VRbs est situ amœnissima, pulcherrimaque ædificijs semper fuit, vti plures inde nominatam, *Schoff.*
a *placendo, Placentiam* autument. Posita est etenim iuxta Padum loco periucundo, campis, & agris collibusq; cincta fertilissimis, vino, oleo, frumeto, fructuq; omnis generis optimorù copia abundantib. Plana pratis, & pascuis foecundissimis beantur, manufactis vicinorum fluminum ductibus irrigua, ex quibus pecuarie rei summa opportunitas, & quaestus vberimus Vrbi est. Cui idcirco famam non igno-

ignobilem ubique terrarum *casei* ibidem confecti præstantia parit, qui tanta copia, & tam boni saporis hinc exportatur, ut qui summum commendationis gradum caseo quærent, *Placentinum* esse dicant. Habet idem ager saluos fontes, ex quorum liquore sal coquitur candidissimus. Habet ferri fodinas, nec defunt sylvarum, saltusque venationibus apti. Igitur ob tantam situs commoditatem, rerumque omnium abundantiam, Vrbs assidue nobilibus civium familijs multis excolitur, & mercatibus frequens est. *Placentiam* primùm a Romanis deducta Colonia est, ingruentibus in Italiam cum Annibale Pœnis: anno post R. C. 536. in agro à Gallis capto, ut Liuius auctor est. Deduxere IIII. viri simul cum Cremona, & Latinas ambas fecere, quibus utraque Padi ripa aduersus Gallos, & Transalpinos muniretur. Frequens huius Colonix mentio apud Liuium est, & alios veteres historicos, ut stante Imperio Romano, plurimum floruisse haud dubiè constet. Bellis civilibus tamen infœlicior, quàm externis, ut bello Vitielliano contra Othonem, teste Tacito: cum in oppugnatione acerrima pulcherrimum *Amphitheatrum* opus extra oppidum conflagraretur.

Fons in Vrbe vetustus, & præclarus ab Augusto Cæsare nomen adhuc habens, spectari meretur. Muri noui sunt propugnacula amplissima, & munitiones insignes, quibus nunc Vrbs hæc inter Italix tutissimas habetur, quæ priùs varijs bellis afflictæ, vti sæpius expugnata, incensa, ac direpta, plurimis annis fœdè vastata iacuerat.

Caput. Siue a Piacetolo Troe Vrbs secundum aliquos ædificatore, siue amœna situatione Placentia dicatur, inter Italix ciuitates præclara habetur, annis quingentis, ante constructam Romam ædificata. Cum a Romanis Colonia deducta fuit, sex millia hominum in ea ponuntur, quorum multi erant æquestris dignitate præditi. Hac igitur causa, Reipublicæ fuit auxilio, vnde a Carthaginensibus funditus euer-

titur

ITALIÆ PARS I. 139

titur vix duobus ciuium millibus superstitibus, quo
 damno Syluis canere potuit. *Quasata Placentia bello.*
 Quanta gaudeat aeris amœnitate Placentia, testis
 est Plin. qui memoriæ prodidit, quod, cum sua ætate
 Italorum hominum census haberetur, in ea quidam
 120. ann. repertus est, & in illius agris sex, qui cen-
 tum, & decem quattuor, qui centum, & viginti, &
 unus, qui centū, & quadraginta annos expleuerant,
 vivebant. Alluitur Trebbia, & Pado fluminibus, in
 ea dominati sunt postquam suam libertatem perdi-
 dit Scotti, Turriani, Landi, Mediolani Duces, Franci,
 Romana Eccl. & Farnesij quorum obsequio viuit.
 Ibi præstantissimum extat ædificium D. Mariæ D. N.
 dedicatum, quod vulgò *in Campagna* dicitur, Sancti
 Antonini Martyris Templum, Sancti Ioannis Eccle-
 sia Augusta, & cœnobium a Prædicatoribus habita-
 tum, extolluntur sacræ ædes, & Monasterium Sancti
 Sixti, & admirandum, & in Italia verè vnicum San-
 cti Augustini, quo Canonici Regulares vtuntur.
 Munitur arce probè constructa, & rectè locata, vt
 cuius ex Italis conferri possit, quam Petrus Aloy-
 sius Farnesius posuit. Ambit ciuitas vnà cum fossi-
 bus pass. quinque, & quattuor, illis non demensis.
 Laicorum Placentiæ sunt 26. mil. & religiosorum
 duo millia. Familias habet illustres, & magni no-
 minis, vt sunt Scota, Landa, Angusciola, principatu
 gaudentes, ac oppidorum Imperio præpotentes, &
 multos claros bello, litteris ingeniosos, & regimine
 prudentes. Hinc orti sunt Gregorius Decimus Pon-
 tif. Max. qui Aretij sepultus miraculis fulget, Tinka-
 orator, & Murrenus Coesaris Aug. socer.
 Placentia si inter Aquilonem, & Occasum disces-
 seris flumen Trebiam offendis, vbi tot Romanorum
 a Carthaginensibus Duce Hannibale cæsi fuerunt.
 Verum antea in Sancti Antonij Templum incidis,
 vbi cernitur illud celebre miraculum, quod ipse
 proprio igne milites combussit, qui parum sui nomi-
 nis rationem habebant.

Inde

Inde Stradellam, Castrum S. Ioannis pagos, & Viqueriam nobile oppidum reperies, a leua Apenni ni colles prospicies, in quibus quasi abscondita iacet Bobium Ciuitas.

Placentia distans milliarib. 30. quo in loco Theodolinda Longobardorum Regina amplum monasterium ædificijs, & redditibus fundauit D. Columbari precibus, quod 32. Monacis sedes fuit sanctitatis, & vt cœlum ascenderent.

Placentiæ incipit Æmilia Via, ab Æmilio Constrata, quæ Ariminum vsque perducit, & meridiem versus. A dextra, tum montes, tum arua spectabis, quousque Genuam peruenias montano itinere, ac difficili. Quæ loca, & si oppidis, pagis, & villis ornata appareant, nihil attamen dignum, quod videatur præbent, nisi Curtem maiorem oppidum illustre Palauicinorum; Arquates optimi vini ferax tibi occurrit. Verum a sinistris Æmiliæ 20. mil. passuum procul Cremona sita est, & excultæ plurimæ terræ, immò Placentia Cremonâ nauigato Pado accedes. Duodecim mill. passuum altius in eadem via Florentiolam esse videmus, vicum non mediocrem, quem Fidentiam, vel Fidentiolam antiqui dixerunt. Ex Liu. Plutar. & Appiano constat a L. Sulla Dictator eo ferè loci C. Carbonem prælio extremo victum, cæsis eius copijs Italia deturbatum. In eo Abbatia est quidem illustris, quam Petrus Antonius Biragus Abbas animo regio, & sanè magno, non secus, ac Pomp. magnus, qui Ægyptium Regem excepit, Frac. Primi Gallorum Regis, Caroli Quinti Imperat. & Pauli Tertij hospitio decorauit. Vtèrius verò, est Burgus S. Donini arce noua munitus magna, & opima planitie, ac iugis abundans, & nuper in ciuitate erectus instante Raynutio Farnesio Duce. In mediterraneis a sinistris videntur Fontanellates, Soranea, S. Secundus oppida non ignobilia, & flumen Padus.

Postremò ad Tarum amnem peruenitur, multis al
ucis

ITALIÆ PARS I. 141

ueis effluens, quod si aquis auctum est, non tutò trajicitur. Hinc millia pass. quattuor Parmam interfunt, semper ad dexteram partem Apenninus eminet.

P A R M A.

URbs hæc ædificijs splendet cum primis, opulentiaque floret. Principum enim, ac illustrium familiarum palatia, ac mansiones habet multas, ac ciuium ditium multitudo plena est. Ager nimirum est circumquaque foecundissimus, ac amoenissimus, omnium frugum, ac fructuum abundans: optimi vini, olei, lactis, & casei copia terrarum vbiq̃ celebris. Itaque Parma non solum cum vicina Placentia, verumetiam cum cæteris Cisalpinæ Galliæ præclaris vrbibus certare suis opibus potest, nec inter eas præteriri, in quibus Dia fortuna rerum omnium copiam cornu suum benigniter effundere videtur. Posita quidem est in Æmiliæ viæ plano, quin ab Apennino passuum millibus, flumineque irrigatur eiusdem nominis, quod suburbia ad occasum vgentia separat ab ipsa ciuitate. An verò fluminis Vrbs nomen dederit, an ab eodem acceperit, obscurum est. Non enim memini antiquorum quempiam *Parmam* fluuium nominasse; Vrbs quidem *Parma* apud Liuium, Polybium, Tullium, aliosque classicos authores celebris, ac crebra fit mentio. Quæ Romanorum facta Colonia est M. Fulvio nobiliore, Cn. Manlio Vulsone Coss. anno post Romam conditam 564. simul cum Mutina florente Republ. post Urbem C. anno 570. Q. Fabio Labeone, M. Claudio Marcello Coss. deductis eò binis ciuium millibus in agro, qui proximè Boiorum, antè Tuscorum fuerat. Iam tum appellatam fuisse Parmam, ex Liuiio, Polybio, cæterisque colligere est. An aliud nomen antea habuerit, nobis quidem non liquet. Qui *Chrisopolim* prius dictam volunt (Sicardus, & Albertutius) neuiquam satisfaciunt: atque

Schott.

ITINERARI I

que multò minus Annius ille Viterbinus, qui ex
 Aramea, nescio qua lingua fictitia, etymo prorsus fr̄
 uolo *Parmam* quasi *Paramam*, id est hastam, vel prin-
 ci patum Coloniarum nominatam imaginatur. Ita-
 que magis eorum opinioni accedo, qui à scuti rotun-
 di forma Coloniam in plano positam, antiquitus
Parmam nominatam volunt. Cuius vocis significa-
 tionem Varro ex vetusta Gallica lingua prodidisse
 videtur, cum *Parmam* dici velit scutum, quo pedites
 utebantur, quia è medio in omnes partes par esset.
 A scuto igitur, vel Parma nomen aptius Vrbi est, que
 colonos, ac ciues semper habuit nobiles, Martios, ac
 animosos, ingenioq; ad litterarū studia, & ad Reip.
 gubernationem non solùm, sed etiam ad rem milita-
 rem aptissimo.

Caput. In plano sita est, quamobrem præ cœteris fœcun-
 dis ouibus abundat, laneis pilis onustis, vnde meritò
 dicere potuit Martialis :

Tondet, & innumeros Gallica Parma greges;

· Et alibi cecinit,

Velleribus primis Apulia, Parma secundis

Nobilis, Altirum tertia laudat ouis.

Aer in ea purus est, & summa temperie, idcirco
 Vespasiani tempore duos homines tres, & viginti vl-
 tra centum vixisse annos legimus, qua etiam in Ci-
 uitate, iuxta pontem fluminis admiratur campana,
 cuius magnitudo omnes in sui admiratione trahit,
 cuiusque fabulæ a Parmensibus tibi enarrabuntur.
 Hic Farnesium nouum, & regium videtur palatium,
 hortum, aut viridarium aquis vberimis, & arbori-
 bus ingeniosa manu confutum.

Ciuitas hæc, vt quamplurimæ aliæ, in Romano-
 rum potestate fuit, ac postea libertatem obtinuit,
 quam Fridericus Barbarus Imper. spe victoriæ con-
 sequendæ ductus, duos annos obsedit, eamque pro-
 sternere pro viribus elaborauit, ciuitatem constru-
 endo Victoriam appellatam, longitudine cubitorum
 septem mill. & 200. latitudine vero duo mill. bisque
 du-

ITALIÆ PARS I. 143

Aucentorum, ortis octo bene munitis. Coeterum a
 Parmensibus prostratus, Victoria Ciuitas funditus
 euerfa interiijt. Templum in Ciuitate præstans, pul-
 cherrimumq; conspicitur, in quo Sacerdotes quam
 plurimi sacra Deo persoluunt. Præstantissima nec
 non est ædes S. Ioannis vbi Benedictini patres de-
 gunt. Ecclesia quin etiam Steccatæ præcellenti quo-
 dam ordine architectura, ac figurarum venustate
 insignis omnium oculos in se conuertit. Nullum
 quippe templum Parmæ videtur, quod profectò me-
 morandum Parmensis, Parmensinus, Corrigius, &
 alij, qui in his artibus florere, tum præstantissimi pi-
 ctiores, tum laudatissimi plastices cunctis non red-
 diderint. Pretereundum non est, multis familijs
 Parmam decorari, in quibus nobilissimæ sunt Palla-
 tuicina, Taurella, Rubea, Giberta, Sanvitalia perillu-
 stres, ac ornatissimæ quouis tempore fuerunt, ex qui-
 bus fortissimi Duces, ac omni genere virtutum, & no-
 bilitatis cumulatissimi homines seculis omnibus
 emanarunt, qui se, ac suos stemmatibus, & gloria
 decorarunt. Horum liceat modo recensere Cassium
 poetam, & Macrobius scriptores antiquos, quos no-
 bilissimam Parmam edidisse, certum est. Silentio
 obuoluam alios virtute singulari ornatos, & ne lon-
 gum sermonem protraham, pro coronide erit, Sere-
 nius. Principes Farnesios in ea residere, qui Urbem
 insignem reddiderunt, ac reddunt nobili sua maie-
 state, quamque lectissimarum artium monumentis
 decoratam multò florentiorem doctissimorum viro-
 rum Academia facit, publicumq; Gymnasium nuper a
 Duce suo Raynutio erectum. Caueas omnino via-
 tor ne Parmæ sis incuriosus, quin ad sacras ædes
 Capuccinorum accedas, in quibus Alexander Farne-
 sius Dux Itatorum Achilles, & Maria Lusitana eius
 pijsima coniunx vltimam cœlestis nuncij tubam
 expectant. Et, dum lapis marmoreus litteris scul-
 ptus, vbi ingredientes aqua lustrantur benedicta, eos
 tibi indicauerit, dices.

*Falices animæ, quorum tenet æthera virtus
Sedere nobilior.*

Sunt Parmæ animæ circiter 22. mill. & ambit miliaribus Farnesij subdita.

Extra Parmam in ea parte, qua Aquilo, & oriens vehementissimè afflant, Colurnus ciuile oppidum, & alia loca memoranda situ reperiuntur. Qua verò ad meridiem, & ad montis eminentiam duodecies prius amne Taro pretergresso, & miliaribus trigintaquinque confectis perlustrabis Burgum oppidum non indignū visu Parmæ Principis ditionis. Est Burgus oppidum valde munitū a Duce Parmensi, olim in ripa Tari ædificatum 300. familijs habitatum, & multis ad litteras, arma, & mercaturam propensè ornatum, ad victum necessarijs nequaquam indiget, immò castanearum habet tellurem feracissimā, cum aliquando modiorum centum millia, & ad minus quinquaginta millia producat. Ambitur a montibus Apennini, collibusq; cingitur utcumq; amoenis. Ius dicitur in eo 23. locis. Si ad meridiem tendis, sunt Hethurizæ confinia in ea parte, quæ Lunigiana vocatur. Ambiunt Burgum Pontremolus terra, quæ inter ciuitates coaptari debet, nō longè nisi miliaribus duodecim arx inexpugnabilis Vallis Mozellæ, Bardus, & Compianus pagus, apud quem sua tenet principia Tarus, a Burgo mill. tribus distans. Calcando iuga Apennini pass. mil. 45. Placentiam ibis, & si Mediolano Lucam, vel Parma, Venetijs, & alijs ciuitatibus multis Genuam proficisceris, Burgum inuisere necessarium est, deinde Varesium, Sigestrum, tandemq; Genuam ipsam, & mare.

Parmam denuò reuersus, Æmiliam tenendo versus meridiem quasi ad radices Apennini surgit Mōs Ciruculus, quem tenet Pomponius Taurellus, sanguine, doctrina, & prudentia magnus. Vterius in planitie est Monticulus oppidū, Sanctus Hylarius, & flumen Lentia quo pretergresso per pontem ex lapidibus coctis longum quidem a Comitissa Mathelda

ma-

ITALIÆ PARS I. 145

maximis sumptibus constructum, quinque passuum
millibus confectis, & alijs decem adiunctis Re-
gium inuisis.

REGIVM LEPIDI.

VRbs populo frequens est, omnibusque rebus af- *scrib.*
fluens: agro vbere foecundissimoque cincta.
Et antiquitate certat cum alijs vicinis Urbibus.
Æmiliæ viæ, item imposta Romanorum est Colo-
nia, cuius celebrem M. Tullius, Strabo, & Corn.
Tacitus alijs; veteres mentionem fecere. Sed quâdo
primùm, vel quorum auspicijs deducta sit, non pla-
nè liquet. Quia tamè *Regium Lepidi* ab initio semper
nuncuparint, plures opinantur a *M. Lepido*, qui Æmi-
liam viam anno ab V.C. 567. strauerat, vel conditâ
vel deductam paulò post fuisse.

Regio Vrbi, summam perniciem attulerunt Gothi, *capit.*
quam ciues deserere coacti sunt, quorum tempore, &
Longobardorum ciuitas, hæc vsque ad Imperium
Caroli Magni, qui eam muris vallari, & munire fe-
cit, consternata, & penè euersa fuit, eò tunc, quando
vicinæ aliæ Vrbes fortunâ aduersam perpeßæ sunt,
tum Barbaris, tum Italis dissidentibus omnia pertur-
bantibus. Libertate sua vsa est maxima cum volu-
ptate, & quia sub multorum dominatu damna non
exigua pertulit, antiquo nobilitatis Estensis Impe-
rio se subiecit. Vrbs non magna est in campestri,
forma orbiculari sita, a meridie colles propè Apen-
nini, ex alteris vero lateribus planitiem retinet, quæ
quidquid est opus victui, optimè generat; Aerem
non satis optimum habet.

Hic exquisitæ artis ex ossibus sunt opera elabora-
ta, & calcaria egregia. Præclaris vijs, iucunditate, &
ædificio probatur. Dignum, quod videatur extat
Templum, Sancto Prospero dicatum, cuius corpus
summè in eo veneratur, quemque suum Antitem

agnoscit. Sacra ista ædes opulenta est, & cohonestata pulcherrimis multorum picturis, præcipuè vero Corrigij, quæ dignæ memoratu censentur. Colenda est etiam Regij Deiparæ Virginis imago, nouiter in Templo patrum Seruorum visa, quæ multis iuuat, & ijs, qui eo profugiunt Nonbilibus Familijs decorata præstat, Canossis nimirum, Manphredis, Folianis, Sessis, quæ verè iurisdictionis insignia tenent, multisque terris, & pagis imperant. Colles qui Regio imminet, quam pluribus oppidis, frequentibus domicilijs florent, vina exquisita, fructusque edunt. At Parmam magis versus est oppidum Canossa in viuo lapide ædificatum, cuius situs admodum est amoenus, vt oblectatione animos perfundat. Subsistit vicus ab Actio Secundo Atestino factus anno 931. Hic in memoriam redigas quanta virtute Pontificalis dignitas polleat. Etenim hic Arrigus Imper. Regio cultu omnino depositos, enudis pedibus licet niue omnia algerent, tres dies æquo animo commoratus est, vt in gratiam reciperent, & veniam mereretur a Gregorio Pont. Maximo, huius nominis septimo. Cui Comes Mathelda opem suam præstabat, quæ oppidi Imperio potiebatur, in quo nunc, vt in alijs castellis dominatur nobilissima Canossa Familia.

Eo spatij tractu stant pagi, & oppida a Manphredis Nobilibus possessa, maximè a Ludouico Comite, & illustri viro. Si ad montes iter conuertas, Grafiniana montana tibi occurrunt, vbi est Castrum nouum oppidum nobile, ex quo multi prodierunt memorie claræ, & virtutibus excellentes. Natio hæc Grafiniana, martia est, audax, & in bello assuefacta, indomitaque Atestinis Principibus deuota.

Iterum viam Æmiliam calcantes non fugit Scandianum oppidum non indignum Marchionatus titulo, quo insignitur Thiençus ex Vicetia oriundus, & cuius videt a læua, & ad Septentrionem Æmiliæ viator Rollum in ditione Sessorum, & feudali Imperatorie.

ITALIÆ PARS I. 147

torix ornatum, S. Martinus Atestinorum locus est, interius Gonzaga, Nuolaria.

Mutinam propinquius, Regiumq; versus ad leuam triangulari situ accedit Corrigium inter Lentiam, & Secchiam flumina, populo multo, agro vberimo, & moribus ciuium insignis, & peruenusta ciuitas Imperialis. Minorum paret ditioni, qui alias Parma potiti sunt, & fortasse Giberti appellabantur. Annis propediem elapsis Hieronymum edidit Cardinalem amplissimum Corrigij vnum ex Regulis, & multis in præsentia decoratur titulis, cum Hieronymus Bernerius, litterarum cognitione, morum virtute ex Prædicatorum familia ad Summum Cardinalatus fastigium euectus est, quo Ecclesiam Dei consilio, & prudentia iuuat, studiosos fouet, & probis suam pectoris beneuolentiam ostendit. Ipsam viam Æmiliam amnis Secchia diuidit, Herberix oppidum arcem satis munitam ostendit, vbi colles aprici fiunt; Illinc via lata, plana, & recta pass. . . . mill. Mutina erit obuiam.

MUTINA.

EST Mutina ciuitas vetusta celebritate pernobilis, Romanorum quippe Colonia crescente Imperio deducta simul cum Parma anno V. C. 570. vt Liu. libro triginta nono, testatur. Nec dubium, quin succedentibus sæculis, Romano stante Imperio, floruerit admodum; cum frequens eius apud historix scriptores fiat mentio, doceantq; hoc insuper antiquæ marmorum inscriptiones, quæ plurimæ ibidem, & pulcherrimæ adhuc exstant. Sed imprimis eam nobilitauit proelium ciuile cruentum, quo ante eius muros cum duobus cos. Hirtio, & Pansa Senatus authoritas, & populi libertas funditus concidit: cum M. Antonius, extincta C. Cæsaris tyrannide, di-

scordiarum faces, D. Brutum obsidendo, resuscitaret. Clades deinde plures, easq; exitiales, labescente Imperij potentia barbararum nationum inundatione, Mutinam esse passam constat, quam D. Ambrosius in epistola quadam ad Faustinum, inter desertas, ac ruinas sui temporis Cisalpinæ Galliæ ad Æmiliam viam Vrbes numerat. Opinari igitur eam à Gothis, & Langebardis sæpè excisam fuisse, haud est absurdum: cum diu Langebardorum temporibus deserta iacuerit. Quibus Caroli Magni eiectione victoriæ, atq; Pipino eius filio Italorum Rege constituto, tum primùm hanc Urbem voluit, (quæ nunc Æmiliam occupat, & nonnihil à veteris Mutinæ in altiore loco positæ ruinis distat) a fundamentis suscitata fuisse à nobilium ciuium reliquijs. Qui sublato barbarico metu, noui oppidi mœnia, ac portas, suis, amicorum, atq; clientum sumptibus, ac labore construxerunt; quemadmodum Leander Albertus in Italiæ descriptione ex Mutinensium annalibus narrat diffusius.

Topog. Mutina ciuitas non ingens, forma potius spherica, quam longa in planitie residet, fontibus maiorem in modum affluit, fructus, & cuiusuis generis vina, nimirum lecta, quæ æstate bibantur vberimè parit. Alphonfus I. Dux Atestinus Aquilonem versus eam amplificauit, quæ pulchritudinem, & hilaritatem spectantibus affert, quamuis in ea, quæ Mutina vetus dicitur, antiquitatis monimenta vbique appareant, domibus, palatijs, & vijs. Corpus Sancti Geminiani eiusdem Urbis Antistitis in Cathedrali Ecclesia asseruatur, & contra malignos spiritus corpora humana affligentes suum auxilium præstat. Huius Urbis multus est populus, ingenio subtili, & perspicaci. Quamobrem bellorum præcellentes Duces tulit maximè ex gente Rangonia, & Buschetta, Nobiles multos, Comites, Equites, & Marchiones oppidorum, & locorum plena auctoritate dominos. Card. & alios Ecclesiæ Præsules, Doctos viros in.

ITALIÆ PARS I. 149

omni scientiarum genere. Mutinenses fuerunt Sa-
doletus, & Sigonius, quorum opera in manu eorum,
qui litterarum sunt cupidi. Non secus, ac aliæ Ci-
salpinæ Galliæ Vrbes non vni paruit, verum præsen-
ti tēpore Atestinis Principibus est subiecta, & sui Du-
cis præsentia fruitur, quo fit, vt magis in dies populo,
diuitijs, & honoribus augeatur. Personæ, & Parmæ,
ac Parmulæ Mutinenses in magno prætio sunt apud
Italos.

A meridie in Apennini radicibus potitur Mutina.
Formigine, Spezzano, & Saxolo milliaribus decem
ab Vrbe procul, quod oppidum nobilitate magna
fulgens, palatium ostendit regio cultu, & ornamen-
tis, a Pijis sibi dominantibus sedulo constructum.
Alluitur a flumine Secchia, & eò frequens est con-
cursus gentis Deiparam Virginem inuocantes, cum
ibi sua beneficia ei placeat miseris nobis impense
tribuere. Qui eos ascendunt colles, villas, & loca
cernunt, quæ nec etiam oriētem versus, & Bononiam
desiderantur. Castellis enim ornantur, quam pluri-
mis varijs dominantibus subiectis, potissimum vero
Monticulis, quorum auctoritas maxima ijs in locis
anteacto tempore fuit, & vniuersa Frignani loca suo
stabant Imperio, quod Frignanum ascensu, vsque ad
Bononiensium confinia potrahitur, & Sextolam, &
Fananum primarios pagos retinet. Hinc ad occi-
dentem solem versus declinantes S. Peregrini alpes,
& corpus, Aquarij Balnea vidimus, insuper Apen-
nini ardua, quibus mare superum, & inferum pro-
spicitur.

Ab eodem latere, sed Bononiam magis versus
propè flumen Scultennæ occurrūt Castrum vitrium,
Spilimberty oppida Rangoniorum, vnde mill. pas-
suum quattuor offendet Vignolam nobilem locum,
Marchionatus titulo insignitum, cui dominatur Ia-
cobus Boncompagnius Soræ Dux, Princeps cuius
encomia multi suis litteris posteritati commenda-
runt, commendantque. Hunc interuiuentes Heroes

Mœcenatem agnoscimus vnicum. Oriuntur prope Vignolam Bononienses fines.

A Septentrionali millia pass. 12. stat Corrigium, & magis in ortum solis inclinat Carpenſe oppidum, quin potius Ciuitas Imperialis, ijs fulſta rebus, quæ nobili conueniunt Vrbi, siue populi numero, aut ciuium excellentia, vel mercatura, aut rerum aliarum abundantia. Principatus titulum iactat, quod diu sustinuit Piorum Familia, quamuis in præſentia Mutinæ Ducem suum agnoscat Principem.

Mutina ad Orientem solem, qui proficiſcitur, Canale reperit quo vehitur per millia pass. octo ad Finale vicum profectò, non aſperandum. Verum si flumen Scultennæ quis ingreditur, ad Padum defertur, ac Ferrariam. Hoc ſpatio est Bonus portus, vbi Canale Scultennæ se immiſcet, paguſq; Sancti Foelicis vini ferax.

Viator, qui per Æmiliam uiam Bononiam se confert, propè Mutinam 3. mill. pass. Scultenna, seu Panaro traiciet, & ibi propè Bononien. & Mutinen. agri diuiduntur. Hic a Claud. Conf. 15. mill. Ligorum capta fuerunt, & Longobardorum Rex septem mill. Roman. interemit, & a Bononiensib. Sardinie, & Corſicæ Rex Entius Friderici II: Imp. filius proſternitur, & captiuus ducitur.

Si ad Scultennam pedem referas, transmiſſo flumine ad Septentrionem flectens Nonantula te excipit, vbi antiquum, & nobile ſtat cœnobium ab Anſelmo Aſtulphi Regis Longobardorum cognato constructum, qui cum exercitus duceret, præpotens vir, ſæculo vale dixit, & Monacis mille, ac centum ſanctiſſimè iura dedit, eo loci anno Domini 780. Deinde a Comitissa Mathelda inſtauratur. Hic non pauci commorabantur Monaci, qui (vt audiui) iurisdictionibus vsque in Hispanias patebant. Plurimas ſanctorum Reliquias ſeruat, corpus nimirum Sancti Adriani Pape, atque magna ex parte corpus Sancti Silueſtri Pontif. Romani. Leges hic inſuper

an-

ITALIÆ PARS I. 190

antiquissimos libros, quos inter præcipuum est Ma-
theldæ breuiarium. Huius Abbatix præfectus est
Cardinalium vnus, & modo subest Hieronymo Ma-
theo apud Romanos nobilissimo, qui æquo iure in
Rom. Eccl. purpuram, qua vtuntur Card. inducit.

Propius viam Æmiliam, & in Bononien. agro in
finib. Nonantulæ est S. Agathæ pagus a Barbaruffa
Imp. ædificatus, & interiùs occurrit Creualcorius,
(quod est Allegra cuore) quo in loco bis fufus fuit,
& vulnera accepit Bernardus Vicecomes Mediolani
Dux. Eandem viam magis attingit oppidum San-
cti Ioannis, quod vallibus, & segetibus abundè af-
fluit. A dextris Æmiliæ, & in collibus vestigia com-
peries Castrileonis, & in ipso itinere secabis Ca-
strum Francum Bononia distans milliariis quindecim,
vbi perlustrabis, antiqui fori Gallorum signa,
memor Hirtium, & Panfam Coss. postquam hic M.
Antonium superarunt, vulneribus confosos ibidem
interiisse, & videbis Plumatum, Bazanum, &
Crespellanum pagos amœno situ, & collibus iu-
cundis.

A leua Æmiliæ, Bononiam propè mill. quinque
Labinius amnis, inò fluentum quod è montibus di-
labitur, viam diuidit, cuius a sinistris etiam itinere
mille pass. aquæ riuulus dictus Ghironda inuenitur
ex paludibus exortus, quibus huc deferuntur aquæ,
& ipsorum Lauinij, & Ghirondæ aquis commixtis,
peninsula quæ triangulus videtur, efficitur nuncu-
pata ab Italis *Forcellis*, & milliari vno ab Æmilia
distat, vbi Octavianus, M. Antonius, & Lepidus to-
tius orbis Imperium inter se partiti sunt, & iniquè
proscripserunt plurimos Romæ Patritios, centum
videlicet supra triginta, ex quibus Cicero M. An-
ton. ad interniciem permissus fuit. At quamuis lo-
cus hic modò, peninsula formam retineat nihilomi-
nus aliquando insulam extitisse videtur. Duo hæc
Labinium, & Ghironda in amne Samogia, qui in
Rhenum, Rhenum verò in Padum effluit. Propè

Bononiam passib. mille Rhenus flumen longissimo superatur lapideo ponte, & itinere iucundo in Vrbe sumus.

B O N O N I A .

Bononia primum a Felsino Hetrusco Regis nomen Felsinæ sumpsit, posteaq; Bononia a Bono illius successore. Duodecim Urbium caput extitit, quas Hetrusci citra Apenninum possidebant. Itisq; a Gallis detrusis, Gallis postea a Romanorum potentia fugatis, Colonia facta fuit, trib. millib. hominum eò deductis. Sub Romanorum ditione, Græcorum deinde permansit, & Longobardorum, nec non Exarchatus Rauennæ. Deinceps verò, non secus, ac tot aliæ Vrbes Italiæ in libertatem citissimè vindicauit. Attamen cum a Lambertatijs, ac Geremeis ciuiles inter eos commouerentur discordiæ, eam ipsi male acceperunt. Quam ob rem Summo Pontif. Romano se tradiderunt Bonon. deinde Pepulis, Vicecomitibus Bentiuoli, postremo ipsimet Pontif. qui quidem pacificè ipsam moderatur, quas centesimus agitur annus.

In Apennini radicibus, & planitie hæc Ciuitas posita videtur Aemiliam occupans, sexto in climate, in 33. cum dimidio gradu longitudine, latitudine autem circiter 44. Ex meridie Apenninum continet, Aemiliam, vel Romandiolam ex Oriente, ex Occidente Galliam Cisalpinam, ex Septentrione campestem planitiem, qua Ferraria petitur, & etiam Venetiæ. Præ antiquorum consuetudine angusta manebat duabus contenta portis, vna ad Insubriam versus, altera vero ad Flaminiam. Temporibus Graciani Imperatoris duabus alijs portis aucta fuit, & sub Imperio Theodosij Iunioris, nouem aliæ adiectæ sunt, quarum hodie agnoscuntur vestigia tuniculis

ITALIÆ PARS I. 133

culis quibusdam; ultimo ad eam magnitudinem
 qua nunc gaudet peruenit hæc Ciuitas quattuor alijs
 portis exstructis. Interior ambitus quinque millia
 circumdat passuum, longitudine duos, & alterius
 mediam partem, latitudine vnum a porta initium
 fumens D. Proculi, & ad eam quæ est Galleria trās-
 currens. Instar onerariæ nauis est formata, hoc est
 longior, quam ampla, proræ figuram ex vno mani-
 feste indicans latere, & ex altero puppis, stat in me-
 dio Afellorum turris, quasi malus, & Garisenda
 scalas ostendit. Arcem nullam patitur, immò funda-
 tam aliquando euertit, ac diruit, muris illam ambi-
 ribus ex latere cocto, iam multis sæculis contenta,
 suorum vigore, & consilio optimè audax, quod qui-
 dem re ipsa præstitit, cum Borbonius Romam iens
 abstinuit eam aggredi, quo Urbem postea impiè
 perdidit. Eam propè Sapina labitur annis, per eam-
 que paruus interfuit Rhenus, qui Ferrariam versus
 perfluens, nauigationi aptus est, & per eum merces
 vehuntur abundè. Coelum humidum est, ac subti-
 le. Quanta Bononiæ sit rerum necessariorum vber-
 tas, ex communi agnoscitur sententia, scilicet, *Bolo-
 na Grassia*. Aruis enim est munita foecundissimis,
 tritico, leguminibus, cœterisque segetibus. Vina
 alba colligit, quæ sedulo cocta, inter maximè deli-
 cata vniuersæ Italiæ sunt connumeranda. Omni-
 bus fructuum generibus est diues, & horum egregiæ
 sunt oleæ crassitudine, atque dulcedine cum Hispa-
 nis decertantes, neque apud Italos his meliores col-
 liguntur. Non carent auium aucupatione, & fe-
 rarum venatione abundantissima. Etsi paruas te-
 neat ad piscandum valles, nihilominus ex Argenta-
 nis, & Comaclensibus uberrimè illuc afferantur pi-
 sces, unde maxima fruitur piscaria quolibet anni
 tempore. Duo magna habet macella lautissima-
 rum carniū referta, ac præsertim vitulorum
 Lucanicæ, & carnis salsamenta, id est, *Salsiccioni*, &
Salami, laudantur a cunctis, nec Bononien. factores

a quoquam in Italia superantur. Cydoneis malis
 saccharum commiscunt, quibus cydonitem, uel ut di-
 cunt *Gelo* componunt, regiae mensae aptissimos.
 Iactat se Bononia corio adusto, & summa industria
 elaborato vaginas conficere gladijs, & arcus perfo-
 ratos, ac œnophora ingeniosissime. Serici merca-
 tura summa est, quo telam *Raso* nuncupatam efficit,
 flammeola, mamilliaria, & holoserica villosa, & ea
 affluentia, qua potest Italiae omni, Germanis, & An-
 glis praedicta elargiri. Lapidicinae multae sunt in
 agro Bononiensi, quae albae, ac molles existunt, gyp-
 sum hic concoquitur, & solum canabem, linumque
 generat abunde nimis, ac foecundè. Multi prospici-
 untur colles, montes, nemora, sylvae, paludes, val-
 les, & planitiae tribus lateribus feracissima. Allumine
 haud caret, neque ferro, saluberrimis balneis, flumi-
 nibus, torrentibus, lacis, & fontibus. Platea quam-
 uis una existat, tres attamen dici possunt, tanta
 viget amplitudine. In ea fons conspicuus eminet
 marmoreis primo, aereisque simulachris plenus,
 aquas inspergès, in cuius elaborato opere ingenium
 Ioannis Stradae Brugiensis, & Flandri dignoscitur.
 Viae rectae, amplae, & porticibus clausae, quo fit, ut
 quasi sub dio quisque semper incedat, nec hiemis
 molestias, nec feruidi solis experiatur iniurias.
 Viridarium, & hortus Poetarum, & Pasellorum mul-
 ta iucunda ostendit viuarijs, arboribus, topiarijs, uijs,
 fontibus, & palatio. Et quae sit rerum vicissitudo
 propè Sancti Iacobi Templum agnosces, cum lo-
 cum desertum, & vacuum aspicias multis passibus
 amplum, olim Bentiuolorum, qui Bononiae Reguli
 fuerunt palatio regio insignem, cuius magnificen-
 tia, & maiestas a Beroaldo optimè describitur.
 Extant vasta aedificia, altaeque aedes innumeræ sunt, ex
 quibus amplissima fulgent publicæ, & Magistra-
 tum auctoritati inseruientes, Campeggiorum, ubi
 PP. Concilij œconomici sub Julio III. conueniebant.
 Depulorum, Maluitiorum, quas principum fore credes.

ITALIÆ PARS I. 155

Palatium D. Petronij Templum spectans a Bononiæ ædificatum est, vt Entio Regi, de quo supra diximus pro carcere esset, in quo supra lustra quattuor publico sumptu detentus fuit ad obitum vsque.

Non hiperbole dicam nullibi Italiæ Ciuitatem reperiri, in qua ciues, tam sumptuosè, & magnificè domesticilia teneant, vti Bononienses, etiam si aliqua male materiata, & ruinosa domus ad extra conspicitur, eam ingredi, primoque obtutu ægyptium Silenum illam esse dices, nobilibus namque structuris, in interiori parte omnes Bononienses loca sibi parare maluerunt, quinimò domos habitant superne, & inferne quacunque anni temperie. Cellæ vinarie ad profundum descendunt, hinc nihil est, cur terremotus timeant. Turres quadratæ, ac spissæ in summam altitudinem obeliscorum quasi forma euectæ, inter quas celsissima est, imò omnium Italicarum, ea quæ vulgò Asinellorum vocatur, a quodam ex stirpe Asinellorum erecta, & Garisenda obliquè excitata non nihil, vt architectus ingenij sui ostentaret acumen. Ciuitatis huius templa ad summum ornata videntur, Maior ædes in quibus Antistes super speculam moratur, pulchriora æmulatur, Sanctorum Reliquijs, picturis, statuis, auro, argento, ac ornamentis prætiosis. Archidiaconus omnes alios antecellit cū facultate laurea doctoratus doctos insignire debet. In hac, tam perspicua Ecclesia Cardinales, Episcopi, & viri alij celeberrimi in puluere dormiunt. Super platea, patefiunt ædes sacræ Diuo Petronio Constantinopolitano huius Urbis Episcopo dicatæ, tantæ molis, & magnificentiæ, quod pauca sint cum hac meritò conferendæ. In eis Carolus Quintus, a Clemente Septimo Imperij diadema suscepit. In vicinis Sancti Francisci Templum, magno sanè instructum artificio, nec desistes, quin sepulchrum Alexandri Quinti Pont. Max. videas, neque eum Bononiensem fuisse te fugiat, vti in suo monumento annis elapsis aperto compertum est. In sepulchris foris, & in-

Coemeterio Odoffredus iacet, eximiusque Aecurfus
 Iurisperiti. Coenobium ædificijs conspicuum vide-
 tur, & patribus ibi degentibus, multoque studio litte-
 ris nauantibus. Non multum procul abest magni-
 ficum Canonicorum Coenobium Sancti Saluatoris,
 & inter amplissima Sanctimonialium loca, Monaste-
 rium Corporis Christi annumerandum est, in quo ia-
 cet Beata Catherina eius domus olim Soror, cuius
 unguis in manibus, ac pedibus in dies augentur, ac
 si in corpore etiam viueret. PP. Augustiniani Eccle-
 siam Sancti Iacobi reuerenter habitant, & Deo sua
 vota persoluunt, quæ sacra ædes, Bentiuoli Ioannis
 sacello, & imagine, aliorumque Bentiuolorum ca-
 daueribus, Maluitiorum insuper, & multorum nobi-
 lium redditur insignis, sed nobilior est multorum
 Sanctorum Ossibus, & Reliquijs super quodam alta-
 ria Cardin. Poggio venustè collocatis. Domus Fra-
 trum igitur semper, vigetque numero eorum ingenti,
 studio, & meritis. In Sancti Martini Templo,
 quod est Carmelitarum inuisè Beroaldi Iunioris Ci-
 neres ad leuam Ecclesiæ, & Alexandri Achillini suo
 tempore inter Philosophos primi. Obstupescet
 amplum augustum, & nouum Coenobium Seruo-
 rum Patrum in eorumque Ecclesia meritò spectan-
 da, fac ut uideas Ioannis ab Anania, Ludouici Goza-
 dini Iuriscons. & Francisci Bolognetti Poetæ sepul-
 chra. Habet Ecclesia Sancti Ioannis in Monte, quæ
 est Canonicorum Regularium S. August. iconem
 Sanctæ Cecilie Virginis magni Raphaelis Urbini
 ingenio pictam, Beatæ Helenæ ab Oleo Cineres, &
 Caroli Ruinæ Iuriscons. ossa. Et ex hoc nobili
 Monasterio Canonici 4. ad Bonon. Præsulatum sunt
 euecti. Stat Bononiæ Templum Diuo Stephano Pro-
 thomartyri Sacrum omni venustate præstans, cum
 Diuo Petronio fuisset conditum, supra mille Sancto-
 rum in eo reconduntur ossa, & cineres maximè verò
 Vitalis, Agricole, & Petronij, qui sacer Antistes his
 omnibus illud decorauit. Mihi faciendum est, ut

ITALIÆ PARS I. 157

velis exemplar Dominici sepulchri venerari ab eodem constructum uero modulo, & ad unguem, & dum ubique antiquitatem, & pietatem hic redoleris, te ipsum ad deuotionem excitari quæso sis impiger. Benedictini Patres in sua Ecclesia D. Proculi Martyris sacra ossa, & cellam in Monasterio ostendent, in qua Gratianus Decretum compilauit.

Cum ad Diui Dominici Ecclesiam perges, linceis oculis contempleris inhiando Chorum imprimis F. Damiano Bergomen. factum continuis cerostrotis, hinc & hinc mysteria Veteris, & Noui Testamenti effigiatim positis, cui tota in Europa haud similera reperies. Hic uideas Entij Regis cadauer insigni tumulo, & epitaphio collocatum, Augustini Beroij, Ancharani, Saliceti, Caldarini, Tartagnij, Lignani, Socini Iunioris, & Hyppoliti Marsilij, Ioannis Andreæ Imolensis, & Lud. Bolognini, qui Legum Monarchæ fuerunt Curtij, Ceccarelli, Benedicti Victorij, Medicorum, & quam plurium aliorum in litteris humanioribus, & arte medica peritorum, maximè uerd Jacobi Petramellarij, medici, & mathematici suo tempore nominis clari, & ex illustrissima Vasea familia in Gallijs oriundi. Non prætermittes illustre sepulchrum Thadæi, & Jacobi Pepulorum, qui Urbæ dominati sunt.

Et cum eris sub perystilio sciscitaberis, quis ille sit locus, qui trium luminum iuris corpora seruat Dini Mugellani, Cini Pistoriensis, & Floriani ex Sancto Petro, stant enim propè ostium in monumento super quod sculpta est imago legum doctoris. Altare deinde coles, ubi tot Sanctorum Ossa uidentur, maxime D. Dominici caput, ditissima theca repositum, in qua supra tercentum sunt impressæ figuræ argenteæ, & aureæ. Ibi stat vna ex sacris Spinis, quod Saluatoris nostri caput exulcerauit, & vetus testamentum in albo corio a Propheta Esdra verè conscriptum litteris suæ nationis Hebraicæ. Patriarcha Prædicatorij instituti Dominicus hoc in Templo tumulatur

sepulchro marmoreo alabastrino niue candidiore, & pleno artis arteificio, sculptoque a Ioanne Pisano, & a quodam Ioanne, qui idcirco ab Arca dictus fuit. Bonarotus ille magnus in eo effigiem Angeli cuiusdam posuit, Diuique Petronij, apparet etiam percerostrata, multaque aurea ornamenta, & argentea, donaria infinita, lampades, cerei, & similia valoris immensi. Cœnobium amplissimum, augustissimum dici debet, perystilij, loca pro dormituris fratribus, tricliniũ vastum, & pictura celebri insignia cella vinaria, omnes Italas indubiè antecellit, & quinimò quattuor appellari possunt. Omnino Cœmeterium in quo Fratres humantur visita, & quam plures nunc in cœlo Beatos, ibi suos cineres extremo die assumpturos, venerare. Sacræ Inquisitionis eedes spectabis, & Bibliothecam copia, & varietate librorum omnis generis plenam, paucis Europæ bibliothecis postponendam, quæ in dies conseruatur a Patribus, & augetur. Altera est ibi bibliotheca singulare monumentum studij, in qua libri multi manuscripti, & nòdum typis excussi asseruantur, & pristinae studiorum curæ honorificè reperiuntur. Centum, & quinquaginta homines assidue aluntur in hoc cœnobio, Dominicanæ Familiæ in eo existente publico scientiarum fonte, ex quo Pontifices summi duo, Cardinales, Præsules, & Patres litteris, sanctimonia, & prudentia admodum illustres numerosè prodierunt.

Huius domus alumnos fuisse compertum est Sanctum Petrum Martyrem, Diuum Raymundum, propediem inter Sanctos ascribendum, Bartholomæum Archiepiscopum Armeniae Iacobum Boncambium Bonon. Præsulem, Coradinum Areostum Beatos Hieronymum Sauonarolam, & Ægidium Fuscherniũ Præsulem Mutinen. & in Concilio Tridentino, Lumen maius nuncupatũ, quorum vestigia vtinam consequi possẽ. sicuti in ipsamet domo prædicatoriam togam indui, religionis fundamenta inieci, &

meq̃

ITALIÆ PARS I. 159

neq̄ iuuentutis annos, (& faxit Deus ne inutiliter) transegi, in scientiarum acquisitione rudi ingenio occupatus.

Bononiensis Ecclesia primum habuit Pastorem Sanctum Zamā, qui anno Christi 270. a S. Dionysio Pontifice ordinatus Bononiam venit, ac fidem propagare cœpit, & continuata successione 71. Episcoporum veri cultus disciplina ad incrementum venit, cui assiduus fuit, & reformationi studuit hisce diebus Gabriel Paleottus Cardin. singularis probitatis doctrinæ, & prudētiæ, quorumque nouem ab Ecclesia in Sanctorum, & duo in Beatorum numero sunt positi.

In ea floruerunt Martyres sex, Confessores Sancti 13. Beati 14. Beatæ 7. Habet Ecclesias 179. quarum 33. sunt pro Laicorum Societatibus, Abbatia 3. Præposituræ 2. Clericorum Regularium 2. Fratrum, & Monachorum 24. Monialium 23. Hospitalium 10. Prioratum 5. Habentur Collegiata 2. quarum celeberrima est illa Sancti Petronij, & altera Sanctæ Mariæ Maioris, cuius encomia cum de agro Bonon. scribemus, aliqua scitu digna enarrabuntur. Maior ædes, Diuo Petro sacrata est, redditibus opima, cuius Pastoretiam Principatus titulo fulcitur, Aliæ uero Ecclesiæ, Oratoria sunt, vel Parœciæ.

Bonon. Academia a Theodosio Romano Imperatore, qui regnabat anno 425. fundata a Carolo Magno instaurata, & a Lothario ornata, & ampliata fuit, Irnerius uero, quidam vir summæ auctoritatis & apprimè eruditus Lotharij temporibus, & auctoritate, Bononiæ Leges publicæ, & omnium primus interpretari cœpit. Idcirco optimarum artium studio præ cœteris florentissima exitit, & semper doctissimos in omni litterarum genere erudiuit, nec aliundè plura, maioraque legum, & doctrinæ exempla uidentur hauriri, quam in Vrbe Felsineâ, huc enim ex uniuersa Europa Iur. Consultorum responsa ueluti in ea receptaculum quoddam confluunt, & omne

De-

Doctorum genus a Viris Doctissimis acutissime tra-
 ditur, vt summi viri eos ibi audire desiderent, &
 ad supremum eruditissimis gradum conscendentes
 huius Academiae alumnos se merito praedicari glo-
 rientur. Hieronymus Osorius ingenij excolendi
 gratia Bononiam potissimam se venisse scribit, quia
 ex multorum sermone didicerat nullam Italiae ciui-
 tatem esse cum Bononia litterarum gloria comparan-
 dam. Nec mirum videri debet, si tanta loci celebri-
 tate commoti adolescentes Bononiam conueniant
 ad animum excolendum, cum in ea constitutum esse
 videant egregium quoddam sapientiae domici-
 lium, quia opibus Bononia, & reliqua foelicitate
 praecipuis Italiae vrbibus non cedit, litterarum vero
 studijs superat. Constat insuper Bonon. maxime
 Iuriscons. omnibus, qui se huic grauissimae disciplinae
 dediderunt admirabile semper acuminis, & pruden-
 tia lumen praetulisse, & reliquos legum interpretes
 antecelluisse, cum mirifice praeceteris hominibus
 ad eas percipiendas ab ipsa natura instructi esse
 videantur, & propter bonarum artium studia Verè
 foelices euaserunt Bonon. Deo & hominibus Claris-
 simi Principum fauoribus ornati, & uniuersis natio-
 nibus grati. Hic, fons Canonum Ioann. Andreae,
 Azo lucerna iuris, cuius tempore decem millia stu-
 diosorum Bononiae fuerunt, docuit, Bartholus Do-
 ctor creatus est, Accursius Glosmata composuit, &
 alij iam supra memorati Bononiae de iure dixerunt,
 quia legalium studiorum semper monarchiam te-
 nuit dixit Azo. Hinc Gregorius Nonus, suas De-
 cretales Epistolas, Bonifacius Octauus lib. sextum,
 & Ioannes XXIII. Librum Clementinarum Aca-
 demiae Bonon. inscripserunt. Praetereundum non
 est, quod S. P. Q. R. quadraginta propemodum
 coronatorum millia singulis annis in suos profes-
 res exponit. Stat Gymnasij magni superba moles,
 perystilijs, aulisque amplissima, & omnibus alijs Ita-
 liae speciosior, Collegia Hispanis ab Aegidio Carilla,
 Pico-

ITALIÆ PARS III. 261

Picenis a Sixto Quinto Pontif. Max. Croatis, Pedemontanis, & Ancharanis extructa sunt. Regularium quæque familia suam habet Academiam, & studiorum multitudinem. Quocirca si velimus refricare memoriam temporum, foecundam, foelicem, & ingeniosam Urbem eam prædicabimus merito dicentes
**BONONIA DOCET, & BONONIA
 MATER STUDIORVM.**

Populi multitudo ad octuaginta millia forsitan ascendit, quæ nobilissimis excellunt familijs, titulis, iurisdictionibus, dignitatibusque Comitatus, Marchionatus, & Ducatus; belli Ducibus, & Martijs viris, vt præmittam Heroes scientiarum omnium, & artium professores.

Lustris quattuor vidimus Pontifices Maximos duos, Cardinales octo, supra centum Episcopos, & in Romana Curia multos graua onera sustinentes Bononiæ ortos. Honorius Secundus, Lucius Secundus, Alexander Quintus, Gregorius Decimus tertius, & Innocen. Nonus Summ. Pont. hanc Urbem suam agnouerunt matrem; agnoscuntque hodie plurimi alij dignitatibus, litterarum, ac belli gloria verè illustrissimi, quorum nomina silentio tegam, ne lippis etiam cognita in lucem proferam.

Diuitijs opulenta est Ciuitas, & æquilibrium quoddam partitæ sunt ciuibus, inde fuit, quod maxime semper floruerit, quod a Græcorum Imperio desciuerit, qua de re Theodosius Primus Imper. anno 394. a fundamentis eam euertit. Cum Friderico Barbaruffa Imper. decertauit, cuius filium Entium anni 22. captiuum regiè aluit; Forum Liuij, & Cornelij, Fauentiam, Cesenam, Ceruiam, & multa Mutinensis agri, & Amiliæ Prouinciæ loca in suam redegit potestatem semel, ac iterum. Cum Venetis longo triennio, & foeliciter, aperto Marte bella iniit militum millibus quadraginta adunatis.

Quæ, & quanta in suis familijs fuerit Bononia, patet, dum legitur anno 1274. Lambertatios fugatos,

& expulsos quindecim millia extitisse vnà cum mulieribus, seruis, ac intimioribus. A Dante Poematis Italici verè magistro, laudantur Bonon. quod in loquendo, præ omnibus populis Appenninum citra, quandam suavi loquentiam, & lenitatem habeant. Idcirco lepidissimo suauiaque pectora gestare Bononien. affirmare non dubito, cum Græcorum sapientissimo Socrati, homines cognosci sermone placuerit. Iure igitur Boccacius, qui multorum hominum mores vidit, & vrbes, qui que cognouit in hac vrbe amabiliter, ac lepidè quoscunque suscipi admirans, ait
O singolare dolcezza del sangue BOLOGNESE.

BONONIENS. SVBVRBIA.

AD Occidentem versus stant in planitie Templum D. Ioseph dicatum, Cœnobiumque Patrum Seruorum; Charthusienses domos, & in eminentiori colle tribus milliaribus Bononiam extrapijssimæ Dei Matris Imago a Sancto Luca picta, summa veneratione colenda. Porta, quæ in Æmiliam ducit, inuisere facit Patrum Cruciferorum amplum, & augustum Monasterium, quæque ad meridiem vergit Misericordiæ domum, & Ecclesiam, in qua religiosè morantur Augustiniani Patres. Dum Bononiam egrederis, e porta Sæcti Mamoli, aut ad australem locum Iesuatorum, deinde Minorum, qui obseruantes appellantur sunt cœnobja non ingrata curiosis, & in editiori loco, Ecclesia Sanctæ Mariæ in Monte miraculis clara, vbi magni Cardin. Bessarionis, & Nicolai Perotti ad viuum sunt imagines.

Si flectes ad Orientem, locum inuisè Sancti Victoris collib. clausum, in quo quasi hominibus ignotus triennio mansit Bartholus ius Imperatorum penitus cognoscens. Cardinal. Vastavillani opus regium extollitur eo loci, & multa ciuium palatia

ITALIÆ PARS I 163

tia colles ornant, qui Euganeis nequaquam inuident.

Similiter extra Urbem in monte *S. Michaelis in bus* Schott. nuncupatum monasterium locupletissimum uisitur, nouis, & vetustis ædificijs sumptuosissimum. Cuius templum, atque sacraria cuncta, marmorum nobilium omnis generis columnis, trabibus, atque cœlatura præclara renitent. Altaria Reliquijs Diuûm rarioris, atque donarijs preciosis augusta resplendent statuis, figuris, tabulisque pictis artificio ad miraculum excellentibus. Sedilia, & subsellia sacrificum in lateribus templi disposita, ex secamentis, & scandulis variorum lignorum studiosè commissa, picturam quandam elegantissimam repræsentant: uti castella, turres, arbores, animalia, campi, montes, ac regionum plagæ, nec non herbarum, ac florum minutia suis coloribus vix penicillo possent a perito pictore diligentius exprimi: oculos, animosque mirificè delectant monasterij ipsius sumptuosa, & magnifica ædificia: In primis Bibliotheca librorû, & tabularum omnis generis plena: nosomychus, quod *Infirmarium*, & cœnaculum commune, quod *Refectorium* nunc appellant, pictura laudatissima Georgij Vasarij celebre, in qua Clemens Septimus Verè conspicitur.

Item conclauia, & cætera omnia ad vnguem facta, suisque suppellectilibus apparatus, ut præteream hypetras, hortos, & pomaria excultissima, nec non fontes, & piscinas Apennini riuis limpidissimis exundantes, & piscium saxatiliû copia scatentes. Hæc omnia visu pulcherrima. In perystilio tumulatur Antonius è Butrio Legum peritissimus, & Ramazottus exercituum Ductor.

Sed in primis iuuabit ex eo monasterio veluti è specula contemplari non solum Urbis situm, fora, tépla, vias, turres, ac ædificia cœtera magna; verû etiâ Galliæ Cisalpinæ subiacentem amœnissimam planitiem summè laudatam a Polybio historiarum libro secundum

do, extentam Δ litteræ Græcæ formâ, quemadmodum eam Polybius triangularem depingit. Ostendit etenim sese a finistris Apenninus, occidentem, ac Sardoum mare versus excurrens. Hinc Alpium iugâ niuosâ nubium specie a cœlo dependentia prospiciantur, a frontè in Septentrionem, ac Orientem: a dextris autem ad meridiem, nebulis obductum Adriaticum pelagus a longè videtur Alpes, & Apenninum attingere, vbi Italiæ latitudinem a tergo hic obliquè transcurrit Senogalliam, & Anconam vsque. Hisce tribus limitibus decem millium (ut Polybius asserit) stadiorum conclusi Galliæ Cisalpinæ campi Regis fluuiorum Eridani annuumque plurium ramis, atque mœandris intersecti, & irrigati, mirificum, ex alto præbent spectaculum: nam Ferrariam, Mantuam, Imolam, Mirandulam, aliasque circumiacentes Vrbes celebres multas prospicere hinc licet, quibus subiecti campi, tanquam rosis, aut floribus pulchris sparsim distinguuntur, & ornantur.

Caput. Bononię censum cum perquisierim, illum mihi benignè obtulit Donus Ioâ. Antonius Petra Melarius eques S. Lazari præstantis eruditionis, ac eloquentię fama illustris, qui in vtraque lingua generosè admodum sese exercuit, ut verè elegantissimus publico cōsensu habeatur. Anno elapso Mense Septembrio reperti sunt Bononię Homines 18692. Mulieres 19782. Pueri 7036. Puellę 5637. Serui 2968. Ancillę 3984. Viri Regulares 1091. Moniales 2461. Personę morbis detentę in sæculi Xenodochijs 1193. Quę simul erunt 62844. In suburbijis vero censi fuerunt Homines 4855. Mulieres 5304. Pueri 2951. Puellę 2248. Serui 335. Famulę 444. Ex quibus fit numerus 16537. Quod si Urbis, & suburbiorum habitatores vnâ congregabimus erunt 79381.

AGER

AGER BONONIEN.

Bononia discedens inter occasum, & austrum, cœnobia Seruorum in S. Ioseph, Carthusianorum, & Sancti Lucæ, de quibus supra diximus, posita videntur, occurrit antiquissimum Monasterium, aut Prioratus Diuæ Mariæ a Rheno, vnde Sum. Pont. duo, Cardinales quamplurimi, Episcopi, Beati- que multi, ac Sancti, vitam suam expenderunt, quem- admodum in Historia Canoniorum Regularium Sancti Saluatoris legere est. Idque non obscure es cogniturus regia Saragotiæ via incedens, ad alteram prospicies dexteram pulcherrimis ædificijs, fructi- feris arboribus ornatos colles, super Rheno longus, & lapideus inuenitur pons in viculo Casalecchij via qua flumen superatur, & magis vltra repagulum la- pideum, forte, & benè coagmentatum, vulgò *Chiusa* fluuium secans, vt aquis detur locus ad ingredien- dum canalem aptissimè incisum, & cauum, quibus ci- uitas artes, commodaque plurima exercet, ac recipit, quique postea egreditur Urbem illabendi gratia Ferrariam. Inter amnè, & colles quedam est vallis, frugibus, vinis, oleo, fructibusque opima, & ditissi- ma Rheni vallis nuncupata, Rubcorum palatio orna- ta quolibet Principe digno, suaque amœnitate, suis- que ornamentis conspicuo. Istis autem locis, per al- tissimam ascenditur ripam, ferro apertam, vt per- viam super fluminis ripa pergi possit, quod sanè hor- ribile est, cum ad lacum maxima intueatur abyssus, qua flumen perlabitur, saxusque dicitur hic locus a saxo ferris inciso. Supra occurrunt Episcopi Ca- stellum, & Panicum, vbi Comites olim florere illu- stris famæ, quorum familia penitus extincta est, nisi forsan adhuc Patauij superstes viueret. Planicies Misani perlustrabitur a viatore, in qua multa in dies reperiuntur antiquitatis vestigia, & ædificiorum.

Postquam stat Vergatus, qui sedes est Senatoris
 vnus Bonon. vicinis populis iura dicens, quiq; ab Vr
 be miliaribus quindecim distat. Hinc verò progredi
 endo ad Iguam caseū postea Bargium peruenitur,
 & deinde Castellionem Castellum DD. Pepulorum
 multam iurisdictionem ibi exercentium, & eorum
 stemmatum, quibus Principes insignitos veneramur.
 Ibi optima temperatura extenduntur ferreæ lami
 næ, & viam habemus pro agro Florentino. Sed si
 fluuium Rhenum Ducem habuerimus versus illius
 fontē incedentes, a dextris Balnea Porreçtana offen
 dimus aquis sulphureis, & magna virtute prædita,
 de quibus Balneorum scriptores consule. Ibi est am
 plius pagus, cui præest Raynutia domus Nobilis Bono
 niæ Comitum titulo, & dominatu, cuique antiquitus
 initium dedit Capunianum Vicus ædificia quæ
 dam collibus duobus vallata construendo, superiori
 loco stat Capunianū ipsū, in quo vitæ meæ primor
 dia fuerūt, sexcentaq; Deo Opt. Max. & infinita alia
 beneficia obtinui, quorū est maximū, quod superstes
 adhuc viuo, & illa rememorare possum, illustriq;ue
 Dominicanorū toga coopertus, animum ad virtutes
 appellare valeo. Castelluccius, Litianus, Gadius vi
 ci ad Frinianum *Fregnano* via ad dexteram flectentes
 nos ducunt, in agrumq;ue Mutinensem. Si ascendi
 mus Apenninum, qui verè ibi eminere incipit, sunt
 pinna, & iuga Sancti Peregrini locus, & corpus,
 Sclarum mons altissimus, vnde datur accessus ad
 Carrariæ, & Massæ loca, Grafinianamq; Prouinciam,
 & Lucense Territorium. Si ex Capuniano respicies
 ad Iguam Podius, & Granalio nus vici sunt, Lustr.
 quo Attaui mei iam ann. 300. ex Monte Catino Tu
 scia peruenierunt, & in Castro Sancti Martini nunc
 solo æquato dominium quoddam exercuerunt.
 Hic Rhenus fluuius ad ima fluit, & sua seruat princi
 pia interiora Apennino, & propè Bonon. & Lucen
 confinia. Plinij ætate arundines propè huius flumi
 nis alueum nascentes claudabantur cum præ cœte
 ris

ITALIÆ PARS I. 167

is medulla abundant, & iccirco vti grauiores vento, & flatibus resistebant validius. Ijs in locis Bononiense solum ab Hetrusco diuidit, & cum inter ipsius montis eminentiam sinus, loca tamen fertilia, benè culta, & domibus plena videntur. Pistorium parum abest versus austrum, Luca ad Occidentem, ad quæ loca itinere breui peruenitur.

Si denuo Bononiæ stabimus, & loca, quæ ad Occidentem spectant, scire cupimus, quod ea effigiatim posita fuere dum Mutina Bononiâ accedentes dextram, sinistramque Æmiliæ viæ perlustrabamus. Nunc si planitiem intra Ferrariæ, & Mutinæ Vrbes, quæ est in medio solis Occasus, & Septentrionis, inuisere volumus, tum supradicta loca nobis apparebunt, cum Plebis, & Centi oppida, cannabis præcipuè feracia, Bononia distantia milliar. duodecim, magisq; ultra ad Padum, & Finale proficiscemur, ac Mirandulam. Multoties traicitur fluuius Rhenus, qui arcum facit suis obliquis viarum flexibus ad vteriora tendens, & Padum propè Ferrariam; & quasi retrocederet in Padum se commiscet Ferrariam supra milliar. quattuor.

Qui ex Bononiâ, Ferrariam, seu loca Mediterranea ad partem Septentrionis perlustrare voluerint, extra portam Galleriæ exhibût, & post tria mill. in Viculo Cotticelle, ultra Euripum, Rheni, ponte lapideo permeabunt, & ampla, & equali via peruenient ad oppidum Sæcti Georgij, quod Bononia abest milliaribus decem. Inde multis peractis passuum millibus Cento, & Plebe oppidis ad leuam relictis, Podijeris, pagus, cui diu præfuit, & præest Lambertina domus Bononiæ præcipua antiquitate, diuitijs, & natalibus clarissima, hodie conspicua redditur summa animi præstantia eximia scientiarum cognitione a Cornelio Senatore suæ Vrbs patritio, qui verè ad magna peragenda natus apparet. Hic incidis vestigia reperiuntur adhuc, quo Rhenus amnis olim

fluebat, & ad valles currebat, qui fluuius ad alteram partem Occidentem versus currit ad padum, tuque viator ex podio ad Urbem Ferrariensem recto semper itinere peruenies.

Pars dextera cuius viæ, & quæ respicit, tum Septentrionem, tum Orientem epiro, qui Bononiam aluit, & aphractis secundo flumine nauigatur multis fulcimentis ligneis, quibus aqua subleuatur plenus, & Corticellæ nauiculas ingredimur. Ad dexteram huius incilis apparet palatium regio sumptu ædificatum a Ioanne Bentiuolo olim Bononiæ Regulo, & hinc viator deducitur ad valles quasdam amplissimas propè quas nullum datur viatori solamen, nisi hospitium, dicâ infame nomine, & re a cunctis vocitatum *Malalbergo*, hinc ad alias valles transmeatur paruis supra modum nauiculis, quas vocant *Sanduli*, Abest Ferraria spatio passuum trium milliū, ad quam accedes difficili gressu, nisi equus tibi aduenerit in loco dicto *la Torre della Fossa*. Ab hoc epiro si tendimus ad dexteram, siue ad Orientalem cœli partem sunt loca mediterranea pagus Minerbium, & magis ultra oppidum non ignobile Butrium, quibus in locis cum summa planitie gaudeant vbertate maxima, & affluentia rerum, canapis potissimum uigent, inter omnis Italiæ maioris prætij, ac æstimationis, & magis ad Orientem, siue ad Aemiliam appropinquantes Mullinellæ uicum, Medicinæ pagum offendes, Ricardinamque, ubi Bartholomæus Colleonus accerrimè cum Mediolani Duce dimicauit, & collatis signis depugnando illum prostrauit, ualles ibi reperiuntur, quæ pertinent ad Argentam oppidum, & propius Aemiliam est Castrum Guelfum, ubi iura dicunt, & dominatione gaudent Maluitij Bononienses patritij, qui fumosis imaginibus, multis antecellunt, qui que belli gloria, & rerum præclare gestarum splendore in dies clariores euadunt. Posthæc inuisa loca Fofsi Cornelij.

Quam Emilia via ad Flaminiam proficisci volumus,

ITALIÆ PARS I. 169

nus, seu Orientem versus ad dexteram quinque pas-
 suum millibus confectis colles iucundissimos, & ve-
 rē Euganeos summa animi alacritate videbimus, vi-
 ridarijs, arboribus, palatijs exundantes. In eis abdita
 intus vocatur Echo, quæ liberali obsequio respōdet,
 ac ijsdem accentibus recantat, blandissima capitur
 Voluptas liberiore cœli facie, & multa oculis va-
 rietate collium occurrentium apricis promontorijs,
 quibus ad hortos, & syluosa loca nos ducunt, & ad
 summum apicem florentis elegantiae perueniunt, ut
 semper moderato, & salubri spiritu Syrium in cœlo
 ardere dicitur, & vbiq̃ Boreas blandissimè venti-
 latur. Dignos Hesperidum hortos generant hi col-
 les, magnas, dulces, & virides oleas omnibus Italicis
 præferendas, quæ nec Hispanis cedere uolunt. Propē
 hos colles meridiem versus iter assumitur ad Floren-
 tiam inuisendam, & Tusciam. Quod si recto itinere
 gradieris, occurret primum Sapina flumen, quod su-
 peratur ponte latericijs coctis extracto. Et si ultra
 progredieris, eam viam ab Idice fluuio diuisam com-
 peries olim ornato pietate Comitissæ Matheldę pōte-
 vno magnæ longitudinis, cuius vestigia iuxta appa-
 rent. Ad dexteram sunt radices Appennini, & col-
 les villis, & vicis pleni, ad læuam autem habebit
 uiator planitiem optimam, & superbam, Valles, &
 Ferrariam. Et propē Æmiliam curiositatis indaga-
 tor perferuari poterit ubi Ciuitas Cliternæ olim fue-
 rat edificata, quam quidem reperies in agris Fratrum
 Dominicanorum sub saxi coemeterio, & ruinis lati-
 tantem. Fuit enim diruta anno 385. a Bononiense
 Ciuitate nimium Cliternæ vicina. Non multum
 hinc abest Butrium oppidum. Cumq̃ue iter habue-
 ris passibus decem mill. Æmiliam a Silero amne ex
 Appennino fluente ad ualles diuisam inspicias pon-
 te, quod traiciunt lateritio, & ibi oppidum Sancti Pe-
 tri inuis non quidem ignobile a Bononiensibus
 edificatum, cuius incolæ mercaturæ exercent maxi-
 mē herbę cuiusdam pro tingendis pannis aptissime,
 & vul-

& vulgò dicitur *Guado* ulterius iter prosequentes sù per colles ad dexterã Ducia, Castrum videbimus, in quo eminet Comitis titulo Campegia Domus inter Bononienses clari nominis, ex qua præstantes in scientiarum cognitione, illustrissimi in Principatu Ecclesiæ, & inuicti, ac militaris animi uiri plures emicuerunt. Ex qua nunc in uiuis est Rodolphus Comes, qui præclaro insignium virtutum concursu multipliciq; optimarum artium eruditione, ad eximium decus ornatur. Itaque ratione cœlestis gratiæ, vel ardentis naturæ dona ei contigisse omnes affirmant. Et post aliquot passus Peradellum Cœnobium Patrum Tertij Ordinis Sancti Francisci a Iulio Secundo Pont. Max. liberali impensa constructum offendes, & vno miliario peracto Foro Cornelij requiesces.

Perlustrauimus agrum totum Bononiensem, & si pauca pro itinere Florentino addenda sint, qua in re, vt adamusim cunctis faciamus actis addendum est in toto territorio animas repertas extitisse anno iam præterito 128415. Quarum, viri sunt 37404. Mulieres 42390. Pueri 22464. Puellæ 19489. Serui 480. Ancillæ 1847. Quem numerum fidum illi, qui est Urbis, & suburbiorum addimus, videbimus Urbem Bononiam eiusque suburbia, & territorium alere animas 207796. Videlicet ducetum, & septem millia septingentæ, & nonaginta sex.

ITER BONONIA
FLORENTIAM SENAS,
& Romam.

BOnoniã relinques a tergo dum Florẽtiam petes, exiens ad meridiem, & orientem, & extra portam Sancti Stephani, iterque arripies planitiem, & colles perlustrando, in quibus Ceres, Pomona, Pean,

&

ITALIÆ PARS I. 171

& Liber lepidè certant, vt supra disseruimus. Leni gressu passus attolles, & absolutis decem milliaribus Planorium vicum hospitij, & tabernis abundantem inuenies. Inde ad altiora loca, & tãdem ad pagum Loianum accedes, superiusque vicum, ad quem cum asperfit ascensus, meritò nuncupatur, *scarical' Asino*, Ramazoti olim Strẽnui Ducis patriũ solum. Occurrit deinde Petra Mala, hinc descenditur ad Fidentiolam *Fiorenzola* montibus clausam, pagum nõ ignobilem. Ibi traicitur flumen, & ad pinnas, atque ad supremum cacumen Apennini superatis saltibus, relictis que ad læuam immensis profunditatibus, quæ nisi fuerint viatori penitus inuisæ oculum abripiant, & ad se vacillantem hominem præcipitari cogent, angusta, & difficilis est via, & passibus tribus mill. semper ascenditur, nec alicubi datur planities, aut quiescendi locus, quousque tandem in eminentissimo alpium vertice peruenies, vbi tabernam etiam vilem offendes, quæ laxo dabit requiem. Hinc descendes, & Scarperiam inuenies vicum amplum, & inde amena loca Hetruriæ oculis plenis conspicias, & Florentiam peractis a te passuum quinquaginta millibus Bononia relict.

FLORENTIA.

Multa se antiquitate efferre haud Florẽtia potest, paucis enim diebus ante Triumviratũ extitisse legitur, aut a Fesulanis, quibus regio illa propter Tyberim magis probata fuit, quam quæ ab ipsis in monte colebatur, aut ab alijs illis finitimis, qui Fluventini vocitabantur, qui in vnam, quæ a Romanis facta fuit, Coloniã conuenerunt, & pro Fluentia Florentia appellata est, cum totius orbis terrarum flos, nimirum Roma, qui eam colerent misisset. A veritate tamen non est alienum, vsque ad Gothorum tempora

par-

paruum oppidum Tusciae dictam esse. In planitie
 sita est, ab Arnoque flumine diuiditur. Ab ea parte,
 quae in occidentem vergit, patentes campos latitudine
 milliariorum 40. & amœna habet, inter Pisas, & Aere-
 tium extat. Eam ab oriente amœni colles fructiferis
 arboribus referti circumeunt, necnon multis in locis
 ab Apennino monte altissimo munitur est ambitus
 passuum quinque milliariū, & forma potius oblonga
 quam spherica. Ante muri eam tuebatur, atque octo
 portas habebat, quarum quattuor sibi principem lo-
 cum vendicabant, reliquae angustae erant. Intus duae,
 & sexaginta turres extabant, quas è summo loco na-
 ti viri incolebant. Eas magna ex parte deiecit Go-
 thorum Rex Totyla, ciuibusque magnopere incom-
 modauit, deinceps verò a Barbaris alijs, & a Fesula-
 nis admodum exagitata fuit, vt eam habitatores dere-
 liquerint, quo in statu permansit, vsque ad salutis no-
 strae annos 802. quo tempore Carolus Magnus, alpes
 transmittit, & eius ambitum cum amplificasset, no-
 uis etiam muris eam auxit, in quibus 150. turres, in
 altitudine 100. cubitorum extollebantur; iussitque
 vt denuò recoleretur exinde semper euentus rerum
 foeliciores experta est, libertatem suam retinebat, ac
 Guelphorum, at Gibellinorum factionibus summis
 cladibus affecta fuit.

Prisco tempore consulum magistratu, ancianorum
 postea deinde vexilli ferij, aut priorum gubernata
 fuit, & multoties sui regiminis habuit uicissitudi-
 nem, cum optimates contra ciues, & ciues contra
 plebem, & hæc contra eosdem vsque ad sanguinem
 decertauerint. Et quoniam acri ingenio Florentini
 sunt, opum multarum accessio facta est, quamobrem
 incommoda multa pertulit, cum nemo vellet aliquem
 dignitate secum exæquari. Multas Hetruriae, &
 Flaminiae Ciuitates, & vicos sub iugum misit, & præ-
 eipue Pisas, quae Respub. in Italiae ingentibus viribus
 polluit. Nunc vnus Principis Imperio est addicta,
 quod ei libertatem eripuit Clemens VII. licet &
 il-

ITALIÆ PARS I. 173

illius ciuis, & illic ortus esset, aer tenuis est, & salu-
 bris, & maximè acriū ingeniorū ferax, magno Flumi-
 ne Arno fruitur, a quo eam diuidi superius diximus,
 in quo speciosissimi quattuor conspicuntur pontes,
 quibus coniungitur, & simul omnibus rebus, quæ
 sunt opus, est opulenta, propterea quod altis monti-
 bus, collibus amēnis, & patēti planitie cingitur: huc
 accedit flumen nauigabile, sui Principis Aula, latum
 Imperium, & quod ferè in media Italia est colloca-
 ta, & summa industria, quapropter nullum Europæ
 florum Florentinos mercatores desiderat. Itaque
 iure Bonifac. Papa Vndecimus, quintum esse elemen-
 tum Florentinos asseruit. Et quoniam, præter Ro-
 mam nulla extat in Europa Ciuitas, quæ tot Archi-
 tectos, Pictores, & Anaglyptes emisit, quot hæc Ci-
 uitas, hinc profecta sunt tot palatia, tot Tempia, tot
 picturæ, tot statuar, quæ summa admiratione afficiūt.
 Extat Palatium Mercati Noui, vbi quouis tempore
 sua negocia ciues agere possunt. Magistratus om-
 nes simul coierunt. M. & Str. Palatium omnes in sui
 admirationem trahit. Regium Principis Palatium,
 atrium, quod admireris, offert, pulcherrimis pictu-
 ris, & auro exornatum, in quo depicta summa arte
 videntur prælia, quæ Cosimus Magnus Dux confe-
 cit, & quibus hoc Imperium imperet. Huius Regijs
 Palatij in platea lympidas aquas fons effundit mar-
 moreis figuris Neptuni, & Faunorum ab Amanate
 confectis, insignes Pittorum Palatium quod est, Prin-
 cipis magnificentiam ostentat pulcherrimis secessi-
 bus, viridarijs, fontibus, & nemoribus, quæ omnia
 summam admirationem afferunt. Præterea latens
 curriculum, quæ tutò, & clam ad alterum Palatium
 Princeps transfertur. Sub dio regio admiraberis Per-
 sei Æneam figuram omni artis excellentia præstan-
 tem, & inscriptio habetur:

*Mores ingenium, musas, sapiamque supremam
 Vis vno dicam nomine? Marsilius.*

Præ-

Propè Sanctæ Trinitatis Ædem ingens, & sublimis columna extollitur, cuius in fastigio extat iustitia. Eam erexit Cosimus Magnus Dux, cui per Urbem deambulanti illic de victoria renunciatum fuit, quam Melignani Marchio in Senarum finibus anno 1555. contra Petrum Strocium obtinuit. Strata Viarum admodum recta, ac benè collocata, ædificiaque ea arte posita sunt, vt meritò inter omnes Urbes Italas formosa appelletur, qui graphydij, aut architectonices magnitudinem, vel sculpturæ, vel picturæ inspicere amat, singulas Ædes sacras adeat, de quib. satis, qui diceret, volumen plenū cōficeret, tot, tantaq; sunt, quæ a præstantib. viris profecta summa cum admiratione conspiciuntur. At nihilominus silentio non inuoluam, quod ingens Sanctæ Mariæ a Flore admiraberis, vbi sepultus est Ficinus, cuius faciei marmorea effigies cernitur, & itidem Giotti, qui tum in pictura, tum in architectonice magnopere excelluit: Epitaphiumque legitur, quod ei Politianus inscripsit. Marmorei videntur duodecim Apostoli, quos varij ea in facultate præstantes viri effinxerunt, & illa Ædis testudo admodum fama celebris, quam Brunelscus designauit, quæ præclaris picturis a Vasario, & a Zucchero innumeris eiusdem artis inuentionibus decorata fuit auctore Vincentio Borghio. Minoris non est turris sacra, *Cāpanile* quam Giott^o architectatus est, ac plurimas exhibet statuas, quas in elaborando principes sculptores sibi inuicem æmuli extiterunt. Huius Templi in conspectu Baptysterium forma spherica est, quod veterrimum Templum Martis fuit habitum, ubi preciosis marmoreis lapidibus superbum Vas extat, in quo Baptysterium traditur, cuius ostia ænea sunt, & ea arte a Laurentio Ghiberto Ferentino incisa, vt in tota Europa præstent. Hoc in speciosissimo, & exornatissimo Templo sepulchrum æneum reperitur, quod Donatellus confecit, vbi legitur *Balthassar Cossa, olim Ioannes Vigessimus Tertius*. Ædes sacra Sanctæ Mariæ

ITALIÆ PARS I. 175

Nouellæ structura inter præstantiora Italiæ Templi
 refertur, & vndique picturas speciosissimas ostentat.
 Michael Angelus suam Venerem eam cognomina-
 bat. Hic inter cœtera, quæ extant opera insignia,
 Constantinopolitani Patriarchæ monumentum aspi-
 cies, qui Concilio Oecumenico sub Eugenio Quar-
 to, se subscripsit in Cœnobio Prædicatorum Patrū
 vitam viuebat, sibi enim plurimi summa obseruatio-
 ne Deo deseruiunt. Præter multos, qui nunc excel-
 lunt, annis exactis Cardinales duos, Antistites octo
 de quadraginta, & sex Beatos edidit. Verum mor-
 tuorum Claustrum, & Fratrum Capitolium videre,
 ne omittas, architectonicè enim, & pictura, ita excel-
 lit, vt cuique admirationi sit. Ac velim cures, vt ex
 illis Fratribus vnus, aut alter tibi imaginem Ioannis
 Cymbre indicet, qui anno 1240. picturâ in Italiam
 restituere cœpit, cum tot annis, ante Græcis pictorib.
 vsi fuissent, a quo, velut a primario Italo fonte picto-
 res omnes emanarunt, a Barbarorum in Italiam ad-
 uentu. Eo in templo est sacellum Gaddæ familiæ
 cum icone quæ, prima in Italia visa fuit. Hoc in
 conuentu generalis synodi sessiones habebantur, præ-
 sente, tum Græca, tum Latina Ecclesia, Pontifice,
 & Imperatoribus, nec desiderabantur orientales
 quattuor Patriarchæ, Generales, Cosimus M. superior
 Sancti Laurentij, Templum præstantissimum Dona-
 telli Graphide confecit, cuius sepulchrum in media
 Æde cum Epitaphio est Patri Patriæ decreto publi-
 co. In sacello marmoreis, æreisque imaginibus ma-
 ximè Bonarotti exornatissimo stant heroum Princi-
 pum Medicæ Familiæ, corpora sepulta, est Bi-
 bliotheca, tum Græcis, tum Latinis Libris referta.
 Templum Sanctæ Crucis Patres Minores Conuen-
 tuales multa frequentia excolunt, suggestum pretio-
 sum animaduertas, omnibus enim Italis anteponi-
 tur, unaque Leonardi Aretini monumentum, & Sta-
 tuam Giotti contemplator.

Ecci

Ecci Leonardo exculpta Carmina leguntur.

Postquam Leonardus è vita migravit,

Historia luget, eloquentia muta est.

Ferturq; musas, tum Græcas, tum

Latinas, lachrymas tenere non potuisse.

Verùm est, cur magis suspicias Michaelis Angeli sepulchrum tribus marmoreis figuris supra modum admirâdis quòd ingens inter sculptores, pictores, & architectores miraculum. Thensa pro Sanctissimo Sacramento altitudine, & specie præ cœteris excellit, quod opus iussu Cosimi Magni Ducis fuit institutum cum organo, cuius duntaxat ars 4000. aureorum est. Quid de Aede sacra Sancti Spiritus ea architectonices cura extructa, tot ingentibus, sublimibusq; columnis exornata dicam, cui præsentant Eremitani Patres, qui peristylum a Græcis pictum inhabitant antequam Itali penicillo, & arte pingendi utcumque vigerent, aut de Templo Sancti Marci cuius administrationi Dominicani Patres prepositi sunt, ubi Claustrum est, quod Græci pinxerunt, cum nondum Itali picturæ facultatem tenerent, & præterea sumptibus maximis ædificatum sacellum, quod S. Antonin. Archiep. sepulchrum servat statuis marmoreis, & præclarissimis ornamentis a viris Principibus Salutaris exornatum insuper ibi legitur Epitaphium Ioannis Pici, qui velut Phœnix in ingenia exitit, licet illius sepulchrum in Fratrum conventu sit positum.

Ioannes iacet hic Mirandula, cætera norunt,

Et Fagus, & Ganges forsân, & Antipodes.

Conventus Fratres 200. capit, tot enim fuerunt Sætonarola cum moderâte, quique ea est arte digestus, ut quovis tempore, & quolibet opertus eas, commo-
disque nullus ex Italis ei conferendus est, & licet Do-
micilia cuncta speciem præferant, ea longè præstat
Biblio-

ITALIÆ PARS I: 177

Bibliotheca Græcis, & Latinis lectissimis copiosissima; in auxilium Fratrum ex obseruantia. Tacitus non præteribo Sacrum Annunciatae Templum, ita nuncupatum ab imagine, cui Angelus salutem dicit, quæ maiora opinione omnium miracula profert. Aedes magna est, auro, argento, statuis, & pretiosis muneribus aucta non minus, ac quouis Italiæ locus, uno excepto Laureto. Ibi Deo deseruiunt Patres multi, qui Lyceum uiris omni sapientia præditis tuetur, & religiose degunt illis in Aedibus, quæ undiq; picturis præ excellentibus præstantium pictorum, & præcipuè Rossi exornantur. Has inter plurimas sacras Aedes silentio non præterisse satis habeo, tamen meminisse uiuat, etiamnum extare templa, quæ Carolus Magnus erexit. Hæc sunt Sancta Maria in Campo, Sanctus Petrus a Scaragijs, Sancti Apostoli, ubi adhuc illius facies ad uiuum formata perspicitur, & plurimi faciendum Innocentium Xenodochium. Huiusmodi piorum locorum numero sunt circiter septem, & triginta; itidè parochiæ 44. simul annumeratis Prioratibus duodecim, Monacharum Coenobia 4. & 50. connumerantur, & uirorum regularium 24. puerorum nouem, hominum plurimæ confraternitates coeunt, quapropter uidere est, Italas ferè gentes omnes procliuitate ad Religionem Florentinos anteire, cum inter regulares cuiusque generis innumeri sint. Quamobrem multi è Florentia Sancti Oriundi sunt, inter quos est Archiep. Antoninus, Ioannes Gualbertus, Andræas Carmelitanus, Philippus ex seruis, & alij, qui aut religiones instituerunt, aut restituerunt.

Florentinus fuit Leo Decimus, & Clemens Septimus Pontifices, quemadmodum Clemens Octauus horum temporum Pontifex a Florentino patre ortus est, & plurimi extiterunt Cardinales, Præsules, & alij, qui in Romana Ecclesia præstiterunt. In re militari egregia uirtute Duces multi fuerunt, quos inter Petrus Strozzius Franciæ Marechallus fama

celeberrimus fuit: in litteris vero innumeri excelluerunt, ex quibus meminisse satis est Dantis, Petrarca, Boccaccij, Caualcantis, Beniuieni, Politiani, Criniti, Ficini, Palmerij, Passauantij, Dini Garbi Medici Accursij, Leguleij, Leonis Alberti, Faccij, Vberti, Victorij, Donati, Acciarolij, & alius maximus numerus superest. Sed quoniam de multis Artificibus egi, vt paucis complectar, dicam, plures esse ex Florentia pictores, sculptores, architectores, quam qui ex reliqua tota Italia profecti sunt, quas artes, vt proprias sibi iure vindicare videtur. Iccircò de Graphide altera Academia effloret, altera de vulgari lingua, cuius facultatis, & Principes, & præceptores Florentini habendi sunt. Vespuccius Oceanum Mare nauigauit, ora sique non ante cognitata inuenit. Florentini tum ad mercaturam, tum ad principatus natura Idonei sunt, nec prætermittendum est, quod eo temporis, quo Principes Christiani Bonifacio Pont. Nono, se subditos exhibuerunt, ad varios Principes ex Florentinis XIIII. legati sunt, quemadmodum alios, nondum centum anni præterierunt, ex genere Strozziarum Legati tres vnus pro Ferrariæ, alter pro Mantuæ Principibus, tertius nomine huius Reipubl. Venetias simul conuenerunt. Magnæ nobilitatis, & verè illustrissimas habet familias, quarum aliquæ in Gallijs titulis & principatibus potiuntur. Sunt Romæ, & Venetijs, quam plures alia multum conspicuæ. Florentiæ animæ circiter 85. mil. uiuunt.

Ex ea parte, quæ spectat in Septentriones, Apenninum Florentia tenet, & quod pars illa montis, quæ impendet illi, ad meridiem vergit, hinc oblectamentis effloret, & sumptuosis locis, qui animos recreare possunt, Fesulas vsque veterrimam Urbem, pertinentibus, vbi prodigiorum interpretes antiquitus degebant. Eam condidisse fertur Atlas, ac Hercules Aegyptius, & Stiliconi Romanorum Imperatori contra Gothos suppetias tulit, quorum millia centum cœsus fuerit. Annos 500. cum Florentinis contendit, a quibus

ITALIÆ PARS III. 178

bus, anno 1024. euerfa fuit, Familijſque Florentiam
 tranſductis, non eſt reſtituta, nec antiquitatis veſti-
 gium vllum, præter Episcopatum inſtituit. Hinc, &
 inde in collibus illis præclara ædificia apparent, quæ
 oblectamenti gratia Florentini collocarunt. Cernitur
 Patrum Canonicorum Regularium abbatia, Sancti
 Dominici Fratrum Cœnobium, viridaria cuiusque
 generis arboribus ſcatentia, myrteta, roſaria, vineæ,
 pini, Cupreſſi, Laureta, riuuli lymphas lymphas fun-
 dentes, ad ſummam locum amœniſſimus, & ſummæ
 voluptati eſt. Prætolinum, qui non admiretur, eſt ne-
 mo. Hoc Franciſcus Dux Magnus poni iuſſit, & exor-
 nari rebus illis omnibus, quæ Principi amplitudine,
 & ocio eſſe poſſunt, ſtatuis, picturis, vberibus fonti-
 bus, quæ omnia ea arte diſpoſita ſunt, vt inter princi-
 pes ex Italia locos, qui oblectamento animos perfun-
 dunt, referendum ſit. Superiore in via, quæ Bononiam
 pergit ſcarparia Vicus eſt, quem gladiatorum, forſi-
 cum, & rerum huiusmodi plurimi artifices colunt,
 hoc nomine appellatus, quod ad pedes Apennini ſi-
 tus eſt, Florentiaque millia paſſuum 16. abeſt. Eadem
 iter facienti ad ortum occurrit amœna vallis villis,
 & pagis reſerta, nomine mugellum, quam interfluit
 flumen ſeua. Hinc Dynus Iuriſperitus fama celebris
 ortus eſt, ibique ociabatur Coſimus Vndecimus, quæ
 do Florentiæ Dux indiſtus fuit, cuius iuſſu ibidem
 arcem munitam erexit Palatium inſuper extraxit in
 Careggio, cui adiunxit ambitum amplum, quo fere
 detinetur ad venationem. Vltior via Fauentiam, &
 in Flaminiam ducit, Apennini que iugum aſcenditur.
 Vltius incipiunt Caſentini loca, qui a torrenti Ron-
 ta, vſque ad flumen Arnum, & ad aretinum agrum
 pertinet, qui ager fructuoſiſſimus eſt, & diuerſorijs
 affluit, Magis exortum ſolis verſus ſemper inter col-
 les eſt iter, & in medio Apennino ſacra eſt heremus
 quam Camaldulenses incolunt, inferior ſolis exortum
 vltra Bibiena oppidum eſt, Urbini que hinc ager
 oritur. Verum ſi Florentia orientem verſus recta

profectus fueris, eris in Casentino, & tibi vallis vmbrosa inter montes prospectus pericundus erit, vbi Beatus Ioannes suæ religionis fundamenta iecit, multo anterior, & Umbria cernitur. Ab altero vero latere, videlicet Occidentis, & Septentrionis pass. millium. 10. iter rectum est ad Palatiū Podij gaiani in amœno colle ædificatum, quod Cosmus Dux muris cinxit, & ad speciem arcis redegit, a quo non procul parietem in girum duxit, vt vallo starent animalia pro venatione. Huius loci in conspectu destrorsum Pratum oppidum in Italia facillè princeps extat, vbi panis eo candore conficitur, vt niui exæquetur, & Matris Dei cingulum conseruat. Propior Apenninum extollitur mons murus, vbi exules Florentinos Cosmus Dux fudit, qua victoria potitus principatum suum confirmauit. Itinere millium passuum. 10. decem confecto Pistorium peruenies Urbem sanè exiguam, ac pulchram, opulentam, & nobilem, ubi multi summa religione coluntur loci, & potissimum Ecclesia Cathedralis, & ædícula Sancto Iacobo sacra, speciosas lucernas, aromata & sediculas affabre conficit. Cyni magni Iuriscons. patria fuit, quæque discordijs, & intestino bello sæpius ad perniciem se ipsam deduxit, fructuoso agro fruitur, & magnam planitiem habet in gyro.

Vterius progredienti Apenninus occurrit, & ager Bononiensis, & Rhenus fluuius. In hac Vrbe si Occidentem inter & Septentrionem iter conuerteris Grafinianam accedes, & propior occasum solis est Pissia oppidum sanè ornatum. Pistorio viginti millia passuum Lucca distat, quæ sua libertate potitur, & optimè seruat, vndique munita, negocijs, & industria multa pollens. Quamobrem, licet angustis includatur finibus, tamen copia omnium rerum abundat. Illic Domini Nostri Dei Filij Sanctum illum vultum, & Religiosum, miraculis celebrem, & Sancti Fidriani sui Episcopi corpus venerantur. Antiquitate gloriantur, & Romanorum Colonia fuit.

Eam

ITALIÆ PARS I. 181

Eam Desiderius Longobardorum Rex quadris lapidibus cinxit, & loci natura, & multis donis munitur, quapropter Narsetis obsidium sex menses sustinere potuit. Sub Luccam mare versus Herculis ædis vestigia sunt. Ex Lucense agro nascuntur homines ad bellum parati, & equorum multitudo nequaquam desideratur. Serchius amnis huius territorium abluic delicatiori pisce optimè affluens. Lucca distant passuum decem millia Balnea apud omnes Italos famè celebris in pago Villæ, cuius meminerunt antiqui.

Florentia discedenti Occidentem versus per planitiem quadraginta passuum millium est iter, primumque occurrit Empoli oppidum, & ex altero latere Fucechium, cui propè est ingens lacus, & Crucifixus miraculis insignis. Deinceps in media via, quæ Florentia Pisas ducit est Sancti Miniati oppidum insigne, quod positum fuit in eminenti loco a Rege Longobardorum Desiderio, & a Germanis ob religionem eius Regis erga Sanctum Miniatum.

Pisas usque, quam Urbem interfluit, ab latere tuum flumen Arnun non discedet. Pifarum Vrbs veterrima est, & multo ante Romam a Grecis condita, de quibus non in vnam sententiam scriptores loquuntur, ex duodécim Hetruriæ Urbibus extitit. In mari multum valebat. Contra Ligures magnas victorias sibi comparavit, Chartaginem sub iugum misit, Romam Regem suum deduxit, & Sardiniam in suam ditionem vindicavit, Panormum Urbem Siculam Saracenis præripuit, Maioricæ Regem interfecit, & quo Terra Sancta potirentur, Gallis auxilio fuit, ad Regem Hierosolymæ contra Saracenos quadraginta triremes auxilio misit, sæpiusque Pontificibus in labore opem tulit, diu Imperio, opibus, & prudentia, ita infelix fuit, vt Sanctus Thomas in Tractatu de quatuor rebus, eam inter potissimas quattuor Vrbes numeret. Verum a quo tempore Pisani in gratiam Barbaricæ Imperatoris Antistites multos Lugdu-

num ad Synodum proficiscentes interceperunt, semper deteriores rerum euentus experti sunt, itaque libertatem, & vires amiserunt, mediocremque eam Urbem dixeris, si quæ fuit olim perpenderit. Generale studium aperit, & Doctores omnium fama celeberrimos semper habet, Equitum Sancti Stephani Pisis est domicilium, ita quod tum horum nobilium prospectu, cum gymnasij amplissimi excellentia, urbs satis decorata prospicitur. Loci facies pulcherrima est, etenim non aliam eam videre videor, quam Platō Urbem suam desiderabat. Procul a mare millia passuum 4. licet circiter octo modo distet, collocata fuit, ita ut in mare non sit, at propinqua, non in monte, at proximè, in planitie sita est, & ab Arno Flumine regio diuiditur, ut idem & Plato iubet. Præterea insignibus quatuor, & apud omnes homines admirandis rebus gloriatur, æde nimirum Sancti Ioannis, Ecclesiæ Cathedrali Turri Sacra, quæ mira quidem architectonices arte septem cubitis incumbit, speciosa, & exorta. Eadem Ecclesia Cathedrali, cuius fundamenta iacta fuerunt manubijs, quas ex Saracenis Panormo pulsus retulerunt, postremum est Campus Sanctus, tunc institutus, cum Barbarussæ Imper. Terræ Sanctæ bellum inferenti triremes 50. Pisani miserunt. Verum cum uitam in vndis fluminis ille amisisset, nauilia Terra Sancta repulerunt, quam in hoc Cœmeterium contulerunt. Pifarum ex altera parte Lucca est, ex altera verò Lyburinus portus. Funditus eam Florentini anno 1509. euerterunt, quamobrem multi pisanorum optimates aliò emigrarunt, & ferè deserta fuit.

Si Florentia Senas, & inde Romam iter habes, per portam, quæ in meridiem spectat egreditor, per quam Carolus Quintus olim ingressus fuit de Africâ triumphans, non procul occurret Carthusiensium nobile Cœnobium, in quo Beatus Nicolaus Albergatus Cardinalis, & Nicolai V. P. M. mœcenas tumulatur. Hinc Cassianum pagum, & Tauernelarum, &

ITALIÆ PARS I. 183

Stagiae, uicos peruenies, qui inter se distant passuum nouem millibus, & recto itinere gradieris hinc, & illic colles amœnos, & planitiem fructiferam prospiciens. Huius itineris ab latere dextro in eminenti colle Certaldum erigitur Ioannis Boccacij solum, qui pedestris eloquentiæ in patria lingua primus sermones inchoauit, & absoluit, sepulchrũ eiuscum marmorea effigie in Templo maximo Certaldi conspicitur insculptis his Carminibus.

*Hæc sub mole iacent cineres, ac ossa Ioannis
Mens sedet ante Deum meritis ornata laborum
Mortalis uita, genitor Boccacius illi
Patria Certaldum studium fuit alma poësis.*

Ulterius, & mediterraneum est Sancti Geminiani oppidum insigne, quod uina uernatica lautissima effert, & speciosis Templis, palatijs præclaris, uirisque illustribus, & bona indole condecoratur. In fructuosissimo, & pulcherrimo monte stat, unde fertur uideri Florétinum Archiepiscopatum, Senarum, & Pifarum insuper volaterranum Episcopatum, Luccæ, Pistorij, Mutinæ, Bononiæ, Fesularum, & Arretij. Ulterior Occidentem uersus extat Volaterra annis 100. ante Troiæ Excidium 500. ante Romam edificata. In sublimi monte sita est, cuius ad iugum trium passuum millium est iter, muri ferè omnes in longitudinem pedum sex patent, quadri sunt, & sine bitumine coeunt, quinque portis aperitur, quarum ante singulam fons est, purissimas lymphas emittens, & in Vrbe duo exiliunt fontes multis antiquitatis uestigijs, statuis nimirum Epitaphijs, & elaboratis lapidibus insignes. Magno Hetruriæ Duci suddita est, & sulphurarijs aquarum copia uerrimoque, agro fruitur. Hæc Persij Poetæ, & aliorum, qui de re litteraria benè meriti sunt patria est Ulterius mare est.

Florentia, Senas proficiscens sinistrorsum obuiam

M 4 est

est Ancisa, vnde Petrarca originem duxit, vterius Figginum est, & alia oppida præclara.

At si ad Orientem perexeris, Arretium peruenies in planitie gratiosa situm, & in inter duodecim Hetruriæ Vrbes relatum. Romanis in triginta millium aureis auxilio fuit, & Scipioni in Aphricam ituro frumenti modios centum viginti millia dedit. Vicissitudine suorum principum multum detrimenti perpeffum est, & diutinū Hetruriæ spectaculum miserabile extitit, quoad Cosimus Dux Florentiæ eius administrationem recepit, ab eo enim tempore restitui coepta est. Romanorum tempestate scythia vasa Arretina, quæ in Italia effingebantur, omnia excellabant. Arretinæ ædi sacrae, sub Valentiniano Imper. Zenobius tribunus dotem dixit, quod in illius Templi lapidibus incisum legitur, in quo Martyrum Sancti Laurentij, & Peregrini eiusdem Ciuitatis concuium corpora venerantur, & Gregorij Decimi Pont. Max. miraculis clari. Hinc ortus est Meccenas litteratorum præsidium, Guidus, qui concentum in notis, vt, re, mi, fa, sol, la, excogitauit, Leonardus Coma, Tortellius Accoltius Cardinalis, & alij, quorū ingenia summis laudibus exornata fuerunt, aer enim tenuissimus est. Cures, vt Domus Petrarcae tibi demonstretur, adhuc enim extat. Arretio relicto ad Tiphernatem Urbem viator progreditur, quæ Castellis Ciuitas a nostratibus vocitatur, & ab ea in ecclesiasticaditione ingreditur.

Si ad viam regiam, qua Florétia Senas accedimus, post Staggiam, Bonitium *Poggibon*, oppidum offendes, & si oculos attolles Podium Imperiale, *Poggio Imperiale* aspicias, arce optima a Florentinis extructa munitum, deinde Ascía pagus stat in ipsa via, & Senarum hospes, deinceps eris.

S E N Æ .

HÆC Vrbs, quæ Senæ appellata est a Senonibus Gallis, qui, cum contra Romanos essent in Italia sub Brenno, eam altis cinctam ripis mœnibus fortissimis, ac validissima arce in colle ædificarunt, & a Romanis Colonia est effecta. Quamobrem Romano Imperio primum, tum verò, vt aliæ ciuitates fuit subiecta, sed temporis interuallo pacta sibi libertate, vnum tamen Imperium recognoscens, cum Florentinis, quibus cum vetus illi æmulatio erat pugnans victoriam insignem reportauit, & licet a Petrucijs suis ciuibus primarijs exagitata fuerit, libertatem attamen denuo sibi comparatam, vsque ad annum 1555. conseruauit, quo tempore Florentiæ Duci sese dedit, a quo presenti tēpore gubernatur. Cœlo admodum subtili, ac purgato subiacet, nec aquarum copiam desiderat; Iccircò fons ille, qui Branda nuncupatur non mediocrem spectantibus affert admirationem. Hinc in suo inferno Dantes illum est admiratus. At non minoris palatia multa ducenda, inter quæ Piccolomineæ Familiæ illud a Pio Secundo Pon. Maximo, quadratis lapidibus constructum omnium illustrissimum existit. Platea multis quidem de caussis insignis eo etiam magis est conspicienda, quod tali est artificio collocata, vt quotquot in ea deambularint, ad vnum possint a quouis intueri. In campo regio, regio quidem, quo vocatur nomine dignum Templum est Sancti Dominici, in quo præter Sanctæ Catherinæ Senensis venerandum caput multa sanctorum corpora seruantur, & ibi a prædicatorijs patribus religiosissimè Deo seruitur. Magnum præterea pro infirmis continet hospitij locum, qui structuræ nobilitate insignis quidem, pio tamé etiam munere, & inseruientium ordinem extat singularis. Sacra primaria ædes, Beatissimæ Virgini D. N. dica-

dicata, prætiosissimis marmoreis lapidibus erecta, singulari artificio conspicua apparet. Eius pavimentum a Duccio pictore celeberrimo inceptum, a Beccafumo tandem perfectum est. Ante Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum octo perpetuo cerei albi, & purgati adstant accensi, quorum quattuor ab Aua nobilissima Magdeburgensis Saxonie Ciuitatis muliere, iamdudum fuerunt imperati, quæ vt Deo seruiret, in Senensem sese receptam ditionem, monialium Diui Benedicti habitum suscepit, ædificauitque in insula abbatiam obiitque in suo monasterio nunc diruto super montem Madium ab ea ædificato. Multorum fuit hæc Vrbs sanctimonia insignium virorum parens, præsertim uero, Sanctorum Bernardini Confessoris, & Catherinæ Senensis, Beatorumque Ioannis Columbini Iesuatorum fundatoris, Iacobi Dominicani. Fuerunt Senenses viri pietate excellentes, qui Canonicorum Regularium Sancti Saluatoris, & Monachorum Montis Oliueti Familias instituerunt.

Itidem Senenses fuerunt, qui dicti sunt Pij nomine Pontificis Secundi, Tertijque, necnon etiam Tertius Alexander Pontificiæ summæ dignitatis accerrimus defensor, validusque Sedis Apostolicæ propugnator; Multi purpurati patres, quos etiam Cardinales appellamus, inter quos nostra ætate emicat, Vigetque.

Borghesius, qui morum doctrinæ, ac prudentiæ præstantia purpura, qua insignitur apparet dignissimus, & plurimi Episcopi, alijque præsules innumeri, & Vgo tum philosophia, tum medendi scientia singularis, cuius cadauer Ferrariæ requiescit, Marianus Socinus Senior, omniscius Junior, Antesignanus Iurisperitissimus, duo Piccolomini philosophi celeberrimi, & Claudius Ptolomæus. Neminem lateat quanta sit vniuersitas, siue Gymnasium Senense, quibusque commodis, & scientiarum Coriphæis fulgeat. Ad omnes necessarios vsus accommodatissimè.

ITALIÆ PARS I 187

mi sunt Senenses, & mirificè præ cœteris ad perci-
piendas doctrinas natura ipsa duce instructi viden-
tur, Academijs pro Italica lingua exornanda deco-
rantur Senæ, & doctissimos in hoc scientiæ genere
erudiuit plures. Et ne huic quidquam deesse posset,
quod ad ipsius laudem facere videretur, multos etiã
strenuos præclarosque duces procreauit; Ager eius
necessariorum omnium ad humanam vitam perco-
pius, & demum ciuitas est maximi facienda, inter-
que Italiæ insigniores obtinet locum. A Sancto An-
sano Romano ciue, qui Martyrij palmam fuit adeptus,
ab idolorum erroribus ad verã Christi religio-
nem conuersa est, præcipua deuotione Deiparam Vir-
ginem colit, veneraturque, quamobrem hunc in suo
versiculum continet sigillo,

Salve Virgo, Senam veterem, quæ cernis amanam.

Occidentem versus, siue ad eius dexteram, qua
Romam pergitur Volaterrana ditio sita est, &
inferius littora Tyrrena, quæ ad septuaginta millia
passuum longitudinem cum pabulorum, tum frugum
abundantia extenduntur. Cœlum in hac regione
ita immane est, ac perniciosum, ut ei paucè incolæ
subiaceant. Quamobrem nulla ibi, quæ insignia
sint loca inueniuntur præter Massam Urbem perue-
tustam, & inferius penes Marecatonum *Scarlino*.

Itaque ad Regiam redeunte viam primum videntur
Bonconuentus, vbi sextus Henricus Romanus Imper-
ator excessit è vita, deinde vero ad dexteram in
excelso monte occurret Mons Illicinus *Mont.alcino*.

Qui cœli temperie, & benignitate optimisque vinis
nominatur, & multis quidem de causis dignum est
oppidum, & amplissimum, & Ciuitatem æmulari vi-
debatur.

Alia ex parte duodecim millibus passuum Montis
Oliueti celebre Monasterium abest, in quo Religio
ea, quæ hoc nomine dicitur, tanquam è primis semi-
nibus coorta est, est autem Abbatia multis rationi-
bus insignis non solum enim ædificiorum structura,

ac loci situ, verum etiam monachorum numero religioneque, qui eo loci vita degunt, est celebranda. Propè Bonconuentum flumine. Osa transito itur ad Sanctum Quiricum castrum excelso loco collocatum, & hoc (vt aiunt) nomine appellatum, quòd ibi Templum est illi sancto vetustissimo tempore dicatum. Hac via montium radicibus fit iter, in quibus Radicosonū locatur, cui a Longobardorum Rege refidetur, nomen hoc traditum fuit, locus hic in altissimo colle ædificatus, & veterem arcem continet, & illi a Cosimo Florentiæ Duce (cuius Imperio paret) alia noua paucis ab hinc annis addita est, hic patrimonij fines extiterunt, quòd a Comitissa Mathelda Romanæ Ecclesiæ fuit restitutum: hic etiam arduis, asperrimiq̄ue, nec inferiores Apennino Montes extolluntur, inter quos balnea sunt, Diui Philippi, & Rosellæ Ciuitas extitit iamdudum, & Senensis agrif adfunt fines, & Albiæ fluminis initium reperitur. Inter oppidū S. Quirici, & fluminis transitum ad Ieuam Pientia Vrbs occurrit, quæ, cum Corsinianum diceretur, Pius Secundus Papa, qui ex ea in lucem editus est, a suo nomine Pientiam voluit nominari. Vterius in excelso, difficiliq̄; mōte est Clofi ciuitas, quæ duodecim illarum Urbium, quas primas Hetruria continuit vna fuit. Hic Porlenna Rex Hetruriæ voluit sepeliri, qui inextricabilem Laberynthæum errorem, aliaq̄ue ædificia fabricauit, quorum millibus ab hinc annis, ipsa sunt penitus destructa, iamvero ea Vrbs paucos hac ætate eo, quòd inter montes iaceat incolas habet. Altius ad Septentrionem Mons Pollitianus inuenitur Vrbs non vetusta quidem, sed nobilis ac frequens in amoeno colle sita est, fructibus abundat, & vinis albi coloris, & præsertim Vertanicis gratissimis. Marcellum Secundum Pont. Maximum, & Cardinales edidit in lucem, quorum adhuc viuunt Taurusius, & Robertus Bellarminus ipsius Marcelli ex sorore Nepos, qui spectatæ sinceræque vitæ graminibus ingenij præstantia, & acumine, quo per suas

qu-

ITALIÆ PARS I. 189

nunquam satis laudatas, & vno ore commendatas
 controuersias Nouades opiniones acerrimè confi-
 xit. Agnetem Beatam ex filiabus Diui Dominici,
 sanctitate insignem, & nunc gratia Clementis Octa-
 ui Pon Max. officijs in Ecclesia peragendis celebra-
 tam generauit hæc Ciuitas. Præter vero hoc, alia-
 que multa digna loca Urbem Romam versus effluit
 Tiber.

Ex altera vię parte qua itur è Sancti Quirici Ca-
 stro, ages ad Albiam flumen Petriolum inuenies, cui
 Balnea sunt, quibus ex antiquissimo Romanorum
 tempore Senenses vti consueuerunt, nec non flumen
 Osa reperitur, penès quod oppida multa sunt non
 contemnenda, maritimumque littus, non autem pro-
 cul admodum a mare apud flumen prædictum iacet
 Grossetum Vibs a Cosimo Florentię Duce inexpu-
 gnabiliter munita, & est Senensis Urbis iurium ex
 hac parte, & a Radicofani conspectum surgit altis-
 simus mons Tuniatus Duniata glandib. abundas, cu-
 ius ad radices eorum habetur ad purpuram tingen-
 dam, nec non sub his montibus Terra Sanctę Florę
 adiacet, cui Sfortia familia Purpuratis Patribus, Du-
 cibus, Heroibus, & Heroissis, qui prodire, & hoc
 tempore viuunt, atque uigent celeberrima. Et lon-
 gius regiam versus viam locus comperitur pulcher-
 rimus, qui eo quod adictis Nobilibus Sfortijs pul-
 cherrima structura, maximisq; tum piscationis, tum
 venationis, aliarumq; voluptatum commodis est adi-
 ficatus, ipsorum gentilitia nomine vocatur.

Sæpius in hoc itinere Allia tibi flumen erit tran-
 seunda, quod sæpissimè maximi est periculi, sed an-
 tequam illud incipias transuadare, Centinus tibi
 Pons, vbi olim Sentina Castrum, cuius Cato mentio-
 nem fecit, nunc vero pagus obuiam fiet, & Pons di-
 citur, quia propè hic flumen transmeatur. Post
 autem tranfactum Pontem non multorum millium
 passuum itinere, Aquam pendente inuenies
 terram insignem, quæ eo, quod in pendenti loco sita
 est,

est, aquarum abundantia. copiosa Aquæ pendentis nomine appellatur, eadem uia satis amplum Sancti Laurentij oppidum comperies, Ultra quod Volsinij Castrum ad sinistram lacus situm est, & quamquam non benè affecto cælo sit subactum, incolis non mediocriter abundat, fuit autem ædificatum in ruinis vnius ex duodecim primis illis Urbibus Hetruriæ, nomine Volsinij, quam antè captam vetustissimis temporibus Decius Murena a Romanis missus pristinæ restituit libertati. Hoc in loco Plinij ætate oleæ eodem, quo planctabantur anno, fructus efferebant, & quidem eius oppidi ager maximè fertilis est & vinorum præsertim appianorum, hic Beatae Christianæ Virginis venerabile corpus, nec ipsius vestigia videre paruas facias in lacu Ecco incolumis exijt, cum in eum Christi, quem adamabat amore, fuisset a Paganis incesta. Hoc eodem in Castro sanguinis ex consecrata Hostia, maximum illud, ac singulare accidit miraculum in manibus eius Sacerdotis, qui de illius rei veritate dubitabat. Corporale, vero super quod sanguis effluxit in Urbe Veteri Oruieti asseruatur. Multos hic marmoreos lapides aspicias litteris uetustis exharatos, & in lacu insulam angustam quidem, cuius angustia prospicit abundè fertilitas, in qua religiosorum patrum paruum est Cœnobium, cuius in Ecclesia Farnesiorum cadauera sepeliuntur. Imò verò hoc loco Amalaxiuncta Regina Theodactis Ostrogottorum Regis Imperio interfecta fuit, quæ eximijs virtutibus, ac morum integritate maxima veneratione extitit digna. Tanta egregiæ illius mulieris erat sermonis suauiloquentia, & facundia, ut ij, qui extremo capitis supplicio essent condemnati, si ipsam audiissent alloquētem, summum ex mellifluis eius verbis solatium, & magnam pectori constantiam perciperent, ita ut vitam omnino contemnentes, mortem non cordato pectore, verum etiam intrepido, & libertati animo subirent.

Ad

ITALIÆ PARS I. 191

Ad sinistram lacus huiusce Vrbs Vetus *Oruero*, & Balneo regium *Bagnarco* adsunt ciuitates, & vltterius Tyber. Ad dexteram autem Soana Vrbs, Gregorij Sept. Pon. Maximi, patria, nunc penè deserta, & inferius Pittilianum Vrsinæ Familæ Farnesiumque Farnesiæ domus oppida non ignobilis. Et magis inferius Castrum Vrbs eorundem Farnesiorum titulo Ducis, rupibus, cauernisque obsita permultis, seu a Farnesijs optimè munita. Hinc mare versus Talamon Orbetellum, siue Cossa Mons Volentanus *Mont' Argentaro*, portusq; demum Herculis inueniuntur celebres loci Regis Hispaniarum. Ex lacu prædicto optimi pisces extrahuntur, ex quo etiam Martæ Amnis effluit, quod fluit ad mare, & cuius ad dexteram Ascanius Æneæ filius oppidum ædificauit, quod etiam adhuc est, & Ascania olim dictum, nunc Tuscanella nuncupatur, & super ipsius ianuam, nonnulli versus leguntur peruetusti, qui ipsius originem declarat. Sed via, quæ Romam tendit ab oppido Volfinij ad lucum Vulsinensium peruenitur, in quo solemni pompa, ac multis cerimonijs Iunoni sacrificare veteres consueuerunt. Præter hunc lucum in excelsio monte, Vrbs iacet, quæ dicitur Faliscum, quæ ab Alexio Argiuo est ædificata, & ideo antiquitate maxima gaudet, & loci situ optimo. Quamobrem a Camillo expugnari non potuit. Olim caput erat Faliscorum, nunc non magni momenti, & vinis optimis abundat, & *Monte Fiascone* dicitur. Inde in latam planitiem peruenitur, in qua Viterbium est ædificatum, quod nomen est nouum quidem, cum Vulfinia aliàs diceretur, sed Desiderius Rex Longobardorum, cum proximis alijs duobus castris adiunxisset Viterbium appellauit. In hac Vrbe eiusdem Desiderij edictum, in alabastrino lapide cernitur incisum.

Eius insignè cornu fuit, vnde modo Cornetum appellatur, & antiquitus Castrum Innui dicebatur, hoc est Pan, cui fuerat dedicata Ciuitas ab Hetruscis.

Mul-

Multa eo in loco extant vetustatis indicia, licet angusta sit, quod a regia via procul abest. A Choryto, seu Corneto ulterius procedentes in mediterraneis locis Tulpiam inuenies, e cuius montibus elicitur alumen, si quidem, & longius in maris littore Centum cellas, quas nunc dicimus, *Città Vecchia*, quæ portus cum sit, est arcis in morem communita, sed quoniam cælo subiacet iniquo, incolas habet non multos.

Ad sinistram autem regię viæ, multa stant oppida, & Ciuitas Horta *Horti*. Vrbs vetus quidem, vbi ex hac parte Hetruria terminatur, vltimus Tyber est, lacus Vadimonis, de quo plura miranda leges apud Secundum Plin. in vlt. libro suarum litterarum. Ijs in locis stat Bassanellum oppidum, Malianum, Ciuitas Castellana, Galefium, & via Flaminia ex Arimino protensa Romam vsque.

Vix Viterbio relicto montem Cyminum ascendes eminentem, graui ascensus, in cuius cacumine habetur oppidum Canapinum ad leuam viæ, mille passibus distans. In eo monte viderunt prisca Choryti oppidum, nunc dirutum, a Choryto Tuscorum Rege ædificatum, similiter sylua supra modum opaca, quæ timorem omnibus inferebat, & in ea nullum itineris vestigium habebatur, & protinus inuia erat quasi Hericina foret, aut Calidonia, nunc sublatis arboribus, cunctis peruia est, apertaque. In radicibus montis Cymini austrum versus, est locus Cyminus a Virgilio libro 7. *Æneid.* nominatus, nunc dicitur Lacus Vici, cum ei Vicus pagus adstat, & Ptolemei tempore Vicus Elbij videbatur. Oppidum Sorianum adiacet monti, cum arce inexpugnabili, a qua vix annorum 60. spacio Britanni milites expelli potuerunt.

In via, quæ Romam ducit Rōcilio pagus non ignobilis occurrit, cui inferius adhæret Capranica, & propius versus mare Sutrium Ciuitas vetustissima, cum suos ædificatores agnoscat Pelasgos Græcos,

ITALIÆ PARS I. 193

ante Saturni aduentum in Italia, quæ a Lino Romæ peristylium dicitur, eius opportunitate valentes Romani Hetruscōs inuadere. Hic propè Romanis cedentibus, profligati sunt Umbrium, & Hetruscōrum mille sexaginta. Habet Sutrium aerem insalubrem, paucosque incolas. Supra Roncilionem spectandum est Caprarolam pagum, vbi ædes apparatus, & magnificentia mirabili, nec quidquam oblectamenti desiderari potest, quin hic reperiatur, ab Alexand. Card. Farnesio positum. Nempe Ciuitas non multum distat, quæ cum Romanis ab Annibale afflictis suppeticias ferre abnegasset, pœnis multata fuit in duplum. Ciuitas est non magnificiend.

Iterum via magna incedentes, Rosulum pagus inuisitur, cui propè habetur lacus magnæ profunditatis, ad leuam Campagnanum est pagus itidem, passibus mill. distans. In ipsa met via, conspicies stagnū ex quo ad Tyberim fluit amnis, & Cremerā oppidum ibi contempleris a Fabijs olim erectum, postea a Veientibus dirutum, quo in loco Veientes ipsum Fabiæ familiæ 306. & famulorum 500. trucidarunt. Inde Baccanum viculum pro itinerantibus perlustra, & Syluam Mesiam, a nostris vero nemus Baccani vocitatum, retroactis temporibus, viris facinorosis, & latronibus plena, maleficijs, & omni facinore insignis, ita quod prouerbio dicatur, dum tumultus, vel turbationes significare volumus.

Pare che siamo nel Bosco di Baccano. Hoc tempore iter planum est, tutum omnino, & non suspectum, Pontificum maxima solertia, & iustitia.

Ad dexteram huius loci, mare versus Anguillaria sita est Comitatus titulo gaudens, multi nominis, & famæ, cum eius Reguli Italiam præclaris victoris decorauerint, nunc ab Vrfinis possidetur. Inferius etiam Vrfini ipsi Braccianum habent oppidum illustre, propè lacum Bracciani constructum, quod & si à Romanis multa fuerit perpeßum, a suis tamen

Domicellis gloria fit conspicuum, & Ducatus eminet fastigio. Ab eo lacu effluit amnis Larus *Arono*, a quo Romani in Urbem aquam Sabbatinam ducebant, hoc nomine appellata, quia lacus dicebatur Sabbatinus, a regione Sabbatia, antea a Sabbatio Sangapatre Sabi, quem Sabini, & Samnites genitorem agnoscunt. Hic propè fuit antiquitus Tarquinia. Vrbs a Taraconte extructa, qui primas duodecim Vrbes Hetruriæ ædificauit, cum Turreni filij Atis vices gereret. Et cum amplificata foret, a Romanis Tarquinia dicitur, ex qua postea Tarquinij Reges prodire. Obtulerunt vela pro triremibus huius Urbis ciues Romanis, cum in Aphrica Scipio transneare vellet, & de ea Siluius dicere voluit, libro octauo.

Taracona Taracontis superba domus.

Magis ad mare, est Sanctæ Seueræ Monasterium, arce communitum, & Cerium *Ceri* oppidum, deinde mare mediterraneum.

Ad quam viam regiæ, est flaminia via, Relicto Baccano, inuises post sex milliaria insulam vicum, deinde Stortam viculum, & peractis passuum septem milibus Roma communi patria frueris, & in platea aquarum abundantia magna profluit, ædificia multa continet perpulchra, & in Cathedrali Ecclesia Summi Pont. corpora conduntur sepulchris Ioannis vigesimi primi, Alexandri Quarti, Adriani Quinti, & Clementis Quarti. Extra urbem vero spatio passuum mille Templum est Beatissimæ Dei Genitricis dicatum sub nomine Quercus, maximæ quidem religionis, eo quod multæ ibi a petentibus gratiæ impetrantur, & in eo patres Dominicani Deo famulantur, vt etiam in Vrbe, in Sanctæ Mariæ de Gradibus Monasterio. Extant Sacræ eedes Sanctæ Rosæ, vbi huiusce beatæ corpus adhuc integrum seruatur. Viros Vrbs ista peperit doctrina, & dignitatibus Ecclesiasticis insignes, quos inter Ioannes Annius Apostolici palatij magister fulget, optimo gaudet agro, & vndecim fluminibus, qui semper aquis abundant,
è qui-

ITALIÆ PARS I 199

è quibus pisces optimi extrahuntur. Sunt etiam multi calidarum aquarum fontes, è quibus sunt balnea illa perutilia, quæ Bulicani vulgò appellantur. Vbi nunc Viterbij Ciuitas est Viterbienses olim Hetruriam Ciuitatem asserunt fuisse, a quo Hetruria regio dicta fuit, quæ Pistorium vsque longè patet. Eam autem veteres inter Ciuitatem, & Regionem differentiam adhibebat, quod ciuitatis nomen absque aspiratione, Prouinciæ verò cum ea scribere consueuerunt. A Iano ædificata fuit, totiuq; sue Prouinciæ caput erat.

Via, qua Romam tenditur ad dexteram in Martæ fluminis ripa, quod è lacu effluere, iam diximus Corythi, Vrbs prætermittitur, quæ in colle sita trib. milibus passuum a mare longè abest.

Itinere alio Romam accedere possumus Bononia, videlicet via Æmilia, in qua sunt Forum Cornelij, Fauentia, Forum Liuij, Cesena, & Ariminum Vrbes, quas quidem describere volebamus vnà cum suis mediterraneis, at properante Calcographo, illas inuicè prætermisimus.

ITER MEDIOLANO

CREMONAM, MANTVAM,

FERRARIAM.

Ariminum vsque.

SI Mediolanensi ex Vrbe proficiscenti, Cremonam, aliaque loca sita extra Æmiliam viam animus tibi persuaferit, vbi Laudem Pompeiam peruenis, Cremonensi porta egrediens ex Vrbe, & ad Abduam fluum deflectens orientem versus mul-

tos pagos inuenies, & duodecim mill passuum itinere confecto Castillionem cernes, terram optimam, multisque priuilegijs insignitam. Inferius vero, quo loco Abdua cum Eridano vndas commiscet, inest Castrum Nouum, qua Picceleonem nobile oppidum adibis, vbi Francisci Gallix Regis Ticini, ab Imperialibus capti locum intuebere, quo detentus fuit. Postque milliar. quindecim recta, faciliue via peruenies Cremonam.

C R E M O N A.

Cremona est in plaga occidentali, & climate septimo, ac regione salubri gaudet, se protédés obliquè in longitudinem a meridie, ad Septentrionem, & in latitudine ab ortu ad occasum spatio passuum circiter bis mille quinquecentum circumdata pro parte mœniji, aggeribus, vallis, ac foueis, & propugnaculo ante eam ad ortum, circum septo muro constructo ex lateribus coctis, & calce, quinque portas habens. Suos primos edificatores nō agnoscunt Cremonenses, quamuis originarij, & Coloni Romani, dum ipsis, eorumque Imperatoribus paruerint, & postquā se in libertatē vindicarint, & in ea perseverauerint, & semetipsos gubernarint Imperium gubernantibus M. Anton. Lep. & Aug. multa aduersa perpessa est, cum præda fuerit militibus, vnde Maro potuit dolenter scribere:

Mantua vehmiferam nimum vicina Cremona.

Quæ fuerit eius mala conditio dicente Cornelio Tacito audiatur. Illam Barbarè Gotthi Longobardi, & Sclauj affligerunt, & penitus euersa fuit anno sal. 630. Transactis deinde annis 600. a Federico Aenobarbo funditus diruitur, & desolatur. Postque mala reuiuiscere cœpit, & sua libertate frui, donec ciuilibus odijs denuò agitata, cum Vbertus Palauicinus

eam

ITALIÆ PARS I. 197

eam subiecerit quo expulso Reguli Caualcabos, vel Ponzonius, vel Fundulius, vel Vicecomes in seruitutem redigunt, seiplos insequentes, & ciuitatem ad ruinam deducentes, Veneri, Galli, Sfortiadæ, & Hispani quousque vi, & armis suam fecerunt, ex quibus Rex Hispaniarum Cremonæ Dominus, & Princeps solus in præsentia existit, & agnoscitur.

In gratiam Funduli Sigismundus Imperator concessit priuilegium, vt posset haberi Cremonæ Gymnasium, in quo vacarent homines scientijs, & eisdemungerentur gratijs, quibus Lutetia, & Bononia.

In ipsa ciuitate domus amplæ, dicam & palatia, quamplura videntur excelsa, & mira fabricandi arte constructa, inter quæ eminet illud Affaitate, & DD. Trettorum, & illud Episcopi, Prætoris, & Iurisc. Nobile est forum maius Capitanei, Piscarium, Bonum, multæ sunt plateæ, viæ latæ, multa viridaria, & horti. Tam intra, quam extra Urbem sunt molendina descendente, ab euripo publico Cremonellæ aque ductu, Turris omnium totius orbis altissima conspicitur, in cuius summitate steterunt simul Ioannes Vigessimus secundus Pont. Max. & Sigismundus Imper. vna cum Gabrino Fundulio Vibis Regulo, qui postea de seiplo conquerebatur crudeli animo inflatus, quod præclari facinoris occasionem prætermisset, cum & Papam, & Imperatorem ea die a summo turris ad ima non præcipitauerit exemplo, qui Dianæ Ephesæ Templo ignem apposuit, vt perpetuitatem suo nomini daret.

Maior Ecclesia, nobilissima videtur, & ditissima, tum redditibus, cum pannis pro Dei honore, & cultu. Et complures in ea Sanctorum, plusquam centum sexaginta Reliquiæ veneratur, ossa maxime Diui Hymerij, & Archelai asseruantur, & Diui Homoboni ex familia Tucengorum non ignobili Cremonæ, summo cum honore coluntur, ob eius sanctitatem, & miracula quibus continuo claret.

Admiraberis D. Dominici sacras ædes multū conspi-

eua, & Urbis ornamentum, in quibus solemniter in-
 uocatur Beata Dei Mater, amplissima confraternitate
 Rosarij, per ipsos Diui Patris affectas magno nume-
 ro ibi Deo famulantes, monasterium illustre fa-
 bricis, picturis maximè Antonij Campi, egregij pi-
 ctoris, Bibliotheca, & alijs partibus opportunè in-
 structum, habitantes Sancti Sigismundi Templum
 custoditur a patribus Hieronymianis, & inter pulchri-
 ra aedificia numeratur Cremonæ. In qua Ciuitate
 adsunt, quoque Hospitalia multa multis redditibus
 opima Ecclesiam Sancti Petri incolunt Canonici Re-
 gulares Lateranenses, in qua asseruatur Corpus D.
 Mariæ Aegyptiacæ Heroissæ inter poenitentes, & osten-
 duntur ibi multa aliorum Sanctorum ossa, & cineres
 Ut etiam in alijs Ecclesijs regularium, & paroccijs.
 Ex familijs Cremonensium aliquæ sunt originariæ,
 sed pauca, aliquæ processerunt a Romanis ex Vrbe
 Cremonam bis transmissis habitatum, & aliquæ a
 militibus veteranis pro præmio fundo camporum
 sibi concessio, & nonnullæ a Gothis, & Longobardis,
 Gallis, Germanis, & alijs populis Italiæ. Ex Cremon-
 ensibus fuerunt, & sunt Prælati venerandi, & cele-
 berrimi viri litteris, ut Odofredus inter Iurisc. maxi-
 mi nominis, & mille alij in poesi, Græca, & Hebrai-
 ca lingua, peritissimi, ut præteream Philosophos, &
 Theologos acutissimos, & Antonium a Campo egre-
 gium pictorem, cuius artem magnifice videbis, &
 eam admiraberis. Et cum plerique ex Cremonensi-
 bus fuerint, & sint industrij, nonnulli ex eis ad asu-
 lautum hominum excogitarunt, & præpararunt far-
 cimen ex carne suilla, seu bouina minutatim incisa,
 & mixta puluere aromatum, alligata in eorum inte-
 stinis, alij adinuenerunt tegumentum dictum *Pignolo*,
 & valissimum ex filo lini, & bomicis contextum,
 & aliud ex stamine, seu filo lanarum ouium nuncupa-
 tum *Sarza*, & aliud contextum filo lanarum, & lini,
 quod dicitur *Mezalana*, & aliud ex pilis bubali, &
 aliorum quadrupedum ad operimentum. Cremon-
 næ

ITALIÆ PARS I. 199

na venduntur gladij valdè egregij, & subtili arte
 præparati. In suburbij ipsius ciuitatis Monasteria,
 & Ecclesias conspicies, & extra portam Pulefellam,
 vbi olim fuit Gymnasium publicum, templumque
 ad honorem Diui Guilelmi erectum est puteus, qui
 cum haberet aquas lutulentas, & potui insuaues,
 per Sanctum Dei Dominicum, & Franciscum Cre-
 monæ degentes, facto super eas signo Crucis, ab
 omni immunditia purgatæ dulces, & suaues extite-
 runt. Apud portam Sancti Michaelis, habebant pri-
 sci Templum Deæ Febræ superstitionisè dicatum, cu-
 ius vestigium nullum apparet.

Ad Septentrionem, & Orientem Cremonensis re-
 gio circumdatur Ollio flumine illam interlabente,
 vnde per Euripum deriuantur aquæ, quibus irriga-
 tur, ac flumine Abduæ ipsam, & agrum Laudensem
 diuidente a plaga occidentali, & interfecatur a Se-
 rio torrente descende a montibus Bergomi, ac flumi-
 ne Padi confluyente propè ipsam ciuitatem, per cuius
 alueum, illuc vndique ferè vehuntur merces, & con-
 fluunt populi. Eiq̃ue territorio ab occidente ad-
 hærent agri Laudenses, & Placentini, a Septentrione
 Bergomenses, & Brixienfes, ab oriente Mantuani, &
 a meridionali plaga Placentini.

Habet Cremonensis ciuitas 41. loca, terras, & ca-
 stra insignia, ex feudo multis nobilibus concessa,
 quorum aliqua vltra Padum, Parmenses sibi ven-
 dicarunt.

Cremonæ territorium, in quo non sunt montes, nec
 loca syluestria, est fertilissimum, & granis abundat,
 vino, vis, pomis, oleribus, lacticinijs, melle, lino, la-
 na, feno, lignis, ac multis alijs, quæ sunt ad æsum, &
 vsum cunctis hominibus, & animalibus.

Via verò, quæ Cremona discedentes Mantuam
 perducit, plana est, & æqua nullumque illi oppidum
 inest celebre, vel magnum præter *Platinam* Bartho-
 lomæi Platinæ patriam, nec procul inde *Oleus* vadit
Fluius, cuius sinistram ripam occupat *Canadus* quæ

Padus aditur. Altius verò *Asiula* est, & *Aqua nigra*. In media autem via regia *Bozzolum* inest oppidum percelebre, & inde Sanctus Martinus tribus millib. passuum non longius situs est, ubi non Gonzagæ tantum familiae, sed purpuratorum etiam Patrum lumen Scipio requiescit, & non longè *Oless* transuadatur, quo quidem transacto *Marcaria* pagus se se aspectui præbet, & non multo post occurrit *leua Gazoli* ubi regia cernitur habitatio Principis vsui maximo pulcherrimoque artificio constructa, & hæc tria loca in Gonzaga familia dominatus nomen sibi vendicant, procul hinc duodecim millia passuum Mantua inuenitur.

Sed cum Cremona disceditur Mantuam versus Padus ad sinistram paulatim elongatur, primumque in regia penè via Diui Ioannis Castrum præsefert, nec non *Riccardus* terra pulchra, atque elegans aspectu. Locis in mediterraneis nihil dignum apparet. Quod si Eridani ripas prosequi commodius fuerit *Ponzonum* Cremonensis Familiæ Castrum aderit ad sinistram, vna cum *Gusciola*, *Maurio*, *Casali*, quæ loca licet non generosa admodum expriment vina, eorum producant tamen, copiam per quam magnam. Tribus millib. passuum superius *Sabuloneta* Imperialis Vrbs pereleganti architecturæ artificio fabricata. Ducisque Vespasiani iussu undique depicta collocatur, vltèrius *Viadana* inest terra permagna urbanitatem, nobilitatemque reddens eximiam. Quattuor, & viginti millia agros possidet, & eo amplius, vna cum *Pomponesco* Castro pulcherrima arte communito: Inde ad *Pagum Fortem*, patet uia, quo loco Eridanus transitur, & octo millium passuum itinere Mantuam peruenitur. Dum trans Eridanum, primum *Pagum Fortem*, deinde verò Mantuam versus itur, *Monticulus* Pallauicinae Familiæ inuenitur, & *Roncabidea* *Taro*, transacto cernitur *Turricella*, & vltèrius (in mediterraneis tamen) *Colonium* adest terra Parmensis dictionis, & a *Casali Maiore* tribus millibus pas-

ITALIÆ PARS I. 207

passuum longè abest, longius quoque *Brixellium* situm est Estensium Ducum arx non pauci momenti. Fuit autem Vrbs a Longobardis destructa, penes quam Longobardorum Rex Albuinus Gotthorum Regem Totilam interfecit, Italięque Imperium adeptus est. Hinc ad pagum itur, cui nomen Gonzaga, in quo Mantuę Ducis superbū adest palatium, deinde vero *Regiolium* Comitum a Seiffa, sed Imperiale feudum, atque etiam *Novolarum*, sed penes Padum est *Luzara* Pagus, penes quam est *Guaftalla* Principatus Gonzagæ domus, cui loco, vt nulla re indigeret, quæ nobile ingeniumque deceret oppidum Ferdinandus Gonzaga. Secundus largè prospexit, qui præter auitas excellentias, pulchris, varijsque doctrinis elucescit, optimique ingenij fructus illustrissimos quamprimum commonstrabit, *Guaftalla* Burgofortum, & Mantuam pergitur.

MANTVA.

Mantuam constat antiquitate cum quavis Italarum urbium certare posse. Ante Romam eret ^{Schol.} nim non solum, sed etiam ante Troiæ excidium (quod Romæ natalem, vt Eusebius, Diuus Hieronymus, alijque testantur, annis plusquam 430. præcessit) conditam fuisse probat Leander Albertus, & ante Christum natum annis 1183. Quemadmodum igitur antiquitate præcellit alijs, sic extra controuersiam nobilissima est eius origo, quam probatissimi quique auctores ab Ocnò Bianoro, Hetruscorum antiquissimo Rege conditam fuisse consentiunt, constatamque ciuitatem ab initio fuisse ex tribus nobilissimis populis, nempe Tuscis, Thebanis externis, & Venetis vicinis. Ocnus enim conditor, Tiberini Tusci Regis, atque *Mantus* Thebanæ filius, eam a nomine matris suæ *Mantuanam* appellauit, vt inter alios poetarum ^{prie}

princeps Maro Mantuanus ipse Æneid. libro decimo testatur, qui nobilitatem suæ patriæ celebrans, *Mantuanam* auis diuitem, gentem illi triplicem, ac populos sub gente quaternos, ipsam caput, & populos Tusco de sanguine vires ab origine fuisse canit: magis eum illustrans ingenio carminibusque suis, quàm vel longa Tuscorum regū series, vel ipsius Urbis ædificiorum magnitudo nobilitare vnquam potuit.

Urbs quidē vt situ est munitissima, sic & ædificijs publicis, priuatisque per ampla, rectis ac spaciosis plateis apparet admodum decora, & venusta. Habet enim magnificas ædes, sacra templa, porticus, & palatia sumptuosa, & abundat mercibus, omniumque rerum necessariorum copia propter aquarum commoditatem. Etenim populus ipse, vt ad arma, litteras, artes, ita ad mercaturam, aliasque negociationes valdè gnauus, & promptus est.

Capitulum. Mantuæ in ædibus sacris Prædicatorijs ossa quiescunt Ioannis Medicei Magni Ducis Cosimi Patris sub cuius sepulchro legitur.

*Ioannes Medices hic situs est inusitata virtutis Dux
Qui ad Mincium tormento ictus, Italiae fato, potius quam
suo cecidit. 1526.*

Eo in Templo asseruatur corpus integrum Osannæ Andree mulieris sanctissimæ. Penes verò Carmelitas inuisitur tumulus Baptistæ Hispanioli ex Mantua, huiusce Familiæ Præfectus generalis, de quo est incisum.

*Reuerend. P. Magister Baptista Mantuanus Carmelitanus,
Theologus, Philosophus, Poeta, & Orator Clarissimus
Latina, Græca, & Hebraica lingua peritiss.*

In pulcherrimo Templo S. Andree, sanguis est D. N. miraculosus, & Longini Mart. Ossa. Et effigies Mantinæ, sub qua dicitur æneis litteris,

Esse.

ITALIÆ PARS I. 203

*Esse parem hunc noris, si nori proponis Apelli,
Andrea Mantinia, qui simulachra vides.*

Supra vero sepulchrum stat :

*Ossa Andreae Mantinia famosissimi Pictoris cum
duobus filijs in sepulchro per Andream Mantiniam ne-
potem ex filio constructo.*

In maiori Templo corpus integrum veneratur D.
Anselmi Episc. Lucen. & in his ædibus contempla-
beris ingentium Iulij Romani summi Architecti.

In Templo Minoritarum sunt Ossa Capiluporum
Poetarum, Principum vrbs, & in S. Ægidio Bernar-
di Tassi.

In suburbij est palatium dictum T. vbi echo mira-
bilis respondet vocitanti, & Iulij Romani picturæ vi-
suntur conspicuæ, & artificium.

Lacu clauditur, cuius circuitus omnis est passuum
viginti mill. & sua maiori latitudine habet milliar.
duo. Ciuitas ipsa aperitur portis 8. personas alit 50.
mill. & ambit milliar. 4.

Mantua distat milliar. quinque in eminenti colle
ad Occidentem Templum Beatissimæ Virginis D. N.
gratij plenum, in quo reperies sepulchrum Baltha-
saris Castillionij, cum hisce verbis.

*Balthassari Castillioni Mantuano, omnibus natura do-
ribus, plurimis bonis artibus ornato, Græcæ literis erudito,
in Latinis, & Hetruscis etiam Poetæ; Oppido Nebularia
in Pisaur. ob Virtut. milit. donato; Duabus obitis legi-
tionibus Britannica, & Rom. Hispanien. cum ageret, ac
res Clemen. Septimo, Pontif. Maxim. procuraret, quattuor
libros, de Instituen. Regum famil. perscripisset; Postremo
cum Carolus Quintus Imperator, Episcop Abula creandi
mandasset Toleti vita functo, magni apud omnes gentes
nominis, qui vixit annos 50. Mens II. dies I. Aloysia
Gonzaga contra Sotum superstes Fil. P. M. Anno Domini
M. D. XXIIX.*

Sancti Benedicti Monasterium Mantua duodecim
 millia passuum distans ad meridiem inuisitur.
 Quod quidem celeberrimum est illud Coenobium
 situm in planitie intra duo flumina Eridanum, &
 Gabellum *Secchia*, quod fluit inter Vrbes Mutinam,
 Regiumque, cuius quidem (vt multi existimant) Bo-
 nifacius, Mantuæ Marchio, *Canossæ* Comes, & Ma-
 thildæ, item auus primus extitit auctor anno circiter
 millesimo nongentesimo, octuagesimo quarto.
 Cum autem locus hic, multis tum diuitijs, tum etiam
 ædificiorum pulchritudine, & magnificentia, potis-
 simum verò Religionis obseruantia, inter Italiæ cele-
 berrimos sibi locum vindicet cum silentio omnino
 prætereundum non existimaui. Quadringentis er-
 go annis ipsius regimini, sub Diui Benedicti institu-
 to degentes Patres, qui Cluniacenses appellantur,
 præfuere: at verò nunc ducentos penè iam annos
 Cassinensi Congregatione gubernatur, qui ibi glo-
 riosè admodum Deo inseruit. Quamobrem ex ea
 multi, tum litteris, tum morum integritate, vitæque
 sanctimonia, Patres egregij perpetuò prodire. Eius
 Agri circuitus longè admodum lateque patet, non
 redditibus modò, verum etiam multis ditionibus in-
 signis, atque, vt in Pasqualis Secundi Pontificis pri-
 uilegio perlegi, Castra *Gouernolium*, *Quistellium*
 possedisse duo etiam de quadraginta, Parochia-
 libus Ecclesijs, in Diocæsibus Mantuæ, Lucæ,
 Bononiæ, Brixie, Ferrariæ, Parmæ, Metamauci,
 Clodieque, & earum ditionibus temporaneis,
 spiritualibus locatis præfuisse certum est.
 Comitissa Mathelda præstâtissima illa mulier est, cui
 quam ex Christi fidelibus comparem non bene per-
 spicio, tot tantaque in Romanam Ecclesiam contulit
 beneficia, quæ quidem sexagesimum nonum agens
 annum obiit extremum diem, anno salutis millesimo
 centesimo decimo sexto, nono Kalendas Augusti,
 & in marmoreo sepulchro excelso loco sita est, in
 Beatissimæ Virginis Sacello. Anno autem Millesimo
 mo

ITALIÆ PARS I. 205

mo quadringentesimo quadregesimo quinto, illius
 cadauer inspectum, quamuis in arca illa trecentos vi-
 ginti annos permanisset, integrum tamè adhuc fuit
 adiuuentum. Eius effigiem supra monumentum
 equa virili more conscensam, rubeoque indutam ha-
 bitu oblongo, graui, & ornato possumus intueri pu-
 nicum malum dextera sustentem, quamuis autem
 multis cohonestetur epitaphijs, hoc tamen vetustif-
 simum existit:

*Stirpe, opibus, forma, gestis, & nomine quondam
 Inclita Mathildis, hic iacet astra tenens.*

Coenobij verò pars illa, in qua infernè ligna com-
 munis culinæ vsui inseruientia, supernè autem fru-
 menta afferuantur, Domicilium, seu Palatium fuerat
 Mathildæ. Quid multa? Tanta est huiusce domus
 magnificentia, vt cum in eam peruenisset Paulus
 Tertius Pontifex, anno Millesimo quingentesimo,
 quadregesimo tertio *Busseto* deueniens, magnum es-
 se Coenobium, & admirabile valde testatus sit, &
 meritò: huic enim Monasterio præter ædificia, quæ di-
 ximus miranda, tot subiacent agri, quot boum pa-
 ria tria millia octingenta, & duo inuertere possint.
 Nec non Ager, de quo supra meminimus, & qui ma-
 gnâ huius Coenobii agrorum partem circum sepit
 in septem millium passuum longitudinem extendi-
 tur, cuius in extruptione viginti, & septem millium
 nummorû aureorum, quos ducatos vulgò denomina-
 mus, Patres, præter ea, quæ debentibus colonis remi-
 sere, insumpserunt. Quod quidem opus, anno Mil-
 lesimo quingentesimo sexagesimo quinto, vt Padi al-
 luuionibus prospiceretur paucis sanè mensibus per-
 fectum est.

Mantua relicta, dum flumen Mincium nauigare
 incipies, quod è lacu emanat versus Padum, & Fer-
 rariam currens, ad dexteram Andes vicum *Pictola*
 cõtemplare, vbi Virgilius Poetarum Maximus suum
 ha-

habuit ortum, nec eius aliquid habetur memoria. Inde Mincio cum Pado commixto Hostiliam oppidum ad leuam, & Reueretum ad sinistram offendes, multaque alia loca ad vtranque partem in mediterraneis. Peruenies in agrum Ferrariensem, & primum stellatam in ora Padi versus meridiem, Ficarolum autem ad Septentrionem conspicias, Flumenque ipsum Venetias aduentem, quo eris in viculo dicto Lago scuro, & amne relicto terram teres milliaribus tribus, & Ferrariensis tibi aderit ciuitas. Stellatam inspicere alueum nunc penè exsiccatum Padi antiquissimum, quo recto itinere uehebaris Ferrariam, & Rhenum annem Bonon. accusa.

FERRARIA.

Schott.

Resplendet, Padi ad ripam ab Oriente, & meridie posita, pulchris, & egregijs ædificijs, peramplis, & apertis plateis, quarum præcipuas Leonellus Marchio primum coctis lateribus strauit. Magna pollet nunc temporis nobilium familiarum opulentia, atque ciuium locupletum frequentia, nec non celebris est Gymnasio litterario publico disciplinarum omnium, a Friderico Secundo Imperatore Bononiensi in contumeliam instituto. Quamuis igitur non fumosis, aut cariosis Troianorum, Græcorum, aut Romanorum imaginibus superbiat (nondum enim mille sunt anni, quod primum cingi muro coeperit, Imperatoris Mauricij auspicijs ab eius exarcho Smaragdo, ut Blondus, & Volaterranus asserunt) tantamen in hunc usque diem incrementa, principum suorum cura sumpsit, tantisque ornamentis expolita est, ut inter principes Italiae ciuitates merito non postremum locum obtineat. Creuit enim mirifice sub inclyta gente Marchionum Atestinorum, maxime Nicolao Tertio, & Hercule Primo, tam opibus, quam

ITALIÆ PARS I. 207

quàm publicis ædificijs, ad eò, vt de huius Urbis laudibus non fictè, non ineptè poeta egregius Iulius Cæsar cecinerit :

*Incljta qua patulo frui,ur Ferraria celo,
Reginas rerum limine ditat aquas :
Aurea nobilitas, studiorum nobilis ocij
Ingenia, audaci pectore prompta manus,
Magnanimiq; Duces, genus alto è sanguine Diuum.*

Sed hæc de Ferraria satis, quando de hac alij multò plures facundè, & curiosè scripserint. Nuper anno 1598. Clementis Octauæ Pont. Max. opera, Sedi Apostolicæ ditio illa est restituta.

Carthusianorum celebre hic est cœnobium in septis, quod quidem sumptuosissimum ædificium, ante annos plus centum struxit, & dotauit Borsus Nicolai F. Atestinus Marchio, & Ferrariæ regulus, vbi & sepulturam sibi instituit,

Spectari in primis merentur palatij insignia, atque regalia ornamenta : item noui castelli structuræ magnificæ, & sumptuosæ: Bibliothecæ nouæ præparamenta eximia, magna videlicet veterum manuscriptorum librorum copia, atque rarissimæ antiquitatum reliquiæ, nimirum statuæ marmoreæ artificij singularis, signa, tabulæ, sigilla ærea, ac marmorea; item nummorum antiquissimorum, & elegantissimorum ex auro, argento, & ære omnis generis : item gemmarum coelatarum capsulæ plurimæ, quæ toto quadriduo exactè perlustrari non possent.

Multa ex his collegit ad ornatum bibliothecæ Pyrrhus Ligorius architectu singeniosissimus, & antiquitatum studiosissimus, peritissimusque vir.

Inter cœtera instrumentum hic est Langebardicis litteris peregrinis exaratum, ex antiquissimo volumine papyraceo descriptum, venditionis fundi cuiusdam cum designatis mansoribus (vt instrumenti ipsius verbis vtar) eorumque peculio; sinibus, terminis; lmi-

limitibusque suis omnibus, & cum omni generaliter iure, instructu, instrumentoque suo Macinijs emptoribus per aes, & libram factæ cum subscriptionibus restium. Ex quo iuris antiqui formulæ, & vetustæ Latinitatis phrasæ haud contemnendæ animaduerti poterant. E gemmarum, atque nummorum argumentis quædam singularia, & epigrammata pauca è marmoreis aeneisque tabellis excerpta, studiosorum antiquitatis in gratiam, hic adijcere non pigebit. In aenea tabella, ab ara & signo Iouis detracta votum.

PRO. SALVTE
IMP. CAESARIS
M. AVRELI. SEVERI.
ALEXANDRI
PII. FELICIS. AVG.
IOVI. OPTIMO. MAXIMO.

Hic Alexander, post Caracallam, & Heliogabalum pestiferos tyrannos, auctoritate Senatus Imperator Cæsar adolescens appellatus est, *ad remedium* (vt Lampridius ait) *humani generis*. Qui cunctis hominibus ob virtutes amabilis fuit, ab alijs pius, ab omnibus certè sanctus, & utilis Reipublicæ iudicatus. Cuius Imperium tredecim annorum Senatus bonisque ciuibus ἀγαπᾶτο fuit. Itaque non mirum quòd vota pro eius salute plurima suscepta, atque soluta sint. *Seuerus* tamen a militibus est nuncupatus, ob austeritatem disciplinæ insuetam eius sæculi moribus, quòd priorum principum socordia, & luxu vigor, & virtus militiæ veteris prorsus concidissent, quòd fuit in causa uti tandè prauorum coniuratione fuerit occisus. In alia tabula marmorea grandi, togatus senex sacrificat ad aram tripodem cum patera, stans ante simulachrum *Spei*, quam vt deam Romani coluere

ITALIÆ PARS I. 169

coluere sacrificijs, & templis, tam publicè, quàm priuatim quisque domi: credentes eam cum *Genio bono* singulis in lucem editis hominib. adesse præsto, nec ab iisdem, ante extremum vitæ diem discedere. Non malè igitur *Genialem Spem* vocarunt, cum *Genij* indiuiduam comitem opinentur. Quapropter non sine causâ deam hæc senes etiam imprimis colebât: quia caducam, & fragilem vitam spes sedulò sustentat, & fulcit. Hanc idcirco pulcherrimè Pindarus poeta *ἠροτρόφον*, idest, *senectutis nutricem* optimam appellauit, vt Plato de Republica, & Iustinus martyr, ac philosophus testantur. Simulachrum deæ, vt in numismatibus Imperatorum antiquis reperitur, sic in eodem marmore sculptum est virginis stolatæ forma, quæ sinistrae manus suspensæ digitorum duorum extremis articulis stolæ suæ laciniam progrediendo librat, & nonnihil attollit, dextra elata floris calyculum, tanquã fructus nascituri spem quandam ostendit. Quo gestu declarare videtur, ex paruis quibusque initijs spem nasci: sed meticolosè, & dubiè semper promoueri. Additur in tabula hæc obscura Epigraphæ.

GEN. GENIALIS. SPEI. HELPIDIS.

Quam alibi ex instituto cõmodius explicabimus, vt & sequentis inscriptionis argumenta, quæ ex basi simulachri *Bacchis* exscripsimus.

LIBERO. AVG. SIGNVM
SILENI. ET. SATYRI
M. VLPIVS. ONESIPHORVS. ET
APPVLEIA. D. D. MARCELLA.

Est & *iuuenis* laurea coronati signum æneum pulcherrimum, & vetustissimum, in cuius collo torques, in sinistro superiore brachio armillæ bullis dependen-

O den-

dentibus plenæ, rotundis alternatim, & humani cordis specie factis, diceret *Apollinis ballati* signum esse, qui & βουληφόρος, vel βουλαίως appellatus est propter oracula, & a βουλή *bullam* dictam Festus auctor est, qui a collo in pectore pretextatorum dependebat nobilium, aurea & humani cordis figura, teste Macrobio, ut ita demum se homines cogitarent, si corde præstarent, & consilio uterentur. In scemore quidem signi sinistro antiquissimis characteribus insculpta est inscriptio Hetrusca, quæ a paucis legi, a nemine ferè intelligi potest. Sunt epitaphia plurima, & quædam cum testamentis, ac donationibus sepulcrorum, sed alteriùs (ut diximus) sunt instituti, hæc omnia latius recognoscere.

Capug. Non est tamen prætereundum, quod iacet in maiori Templo ad leuam chori tumulo marmoreo Urbanus Tertius, Pont. Max. & ibi propè legitur de Lilio Gregorio Giraldo viro doctis.

*Quid hospes aestas tymbion vides Giraldis Lili,
Fortuna utranque paginam qui pertulit, sed pessima
Est vnus altera nihil
Opis ferente Apolline,
Nil scire refert amplius
Tua, aut sua, in tuam rem abi.*
*Lil. Greg. Giraldis Prothon. Apostol. mortalitatis memor.
Anno 72. V. S. P. Cur. 1550.*

Apud Prædicatores D. Dominici perlustra propè gradus maioris sacelli sepulchrum Giralduum, in quo ossa conduntur Ioannis Baptistæ Cynthij Giraldis de Italica lingua B. M. illud in quo asseruntur Gasparis, & Alexandri filij Sardiorum Historicorum, eo in templo stat mortuus Peregrinus Priscianus, qui Ferrariæ historias composuit, utriusque Sturij Pater, & filius poetæ, & propè ostium in fine templi ad dexteram introitus nobili, & lapideo Sarcophago insculptum est.

Ni

ITALIÆ PARS I 211

D. M.

Nicolao Leoniceno Vicentino, qui sibi Ferrariam Patriam maluit, ubi annos 60. Italos, & prouinciales magna celebri- tate Græcè, & Latine instituit continua serie apud Principes Estenses magno in honore habitus: Vnus omnium magis pectore, quam lingua philosophiam profes- sus rerum natura abditissimarum experimentissimus, qui primus herbariam pene desitam, & sylvam rei me- dica iniuriatemporum negligenter habitam in disquisi- tionem magna ope mortalium reuocauit in barbaros eor- ditores pertinaciter stylum perstrinxit, & studio Verita- tis, cū omni antiquitate acerrimè depugnauit, annos na- tus sex, & nonaginta, cum iam æternis monumentis in- arcè immortalitatis sibi gradum fecisset homo esse desit
Alphonfus Estensis, Dux Tertius, & S. P. Q. Ferr- benemeriti posuere, sexto idus, Iunij M. D. XXIII.
Bonauentura Pistophilo grato ipsius discipulo procu- rante.

In Fratrum Coenobio, Bibliothecam ingrediens offendes cineres, & Epitaphium Coelij Calcagnini, qui eum locum, suis librorum thesauris locuple- tauit.

Iacent in Sancti Francisci Ecclesia Ioannis Bapti- stæ Pignæ ossa, & in peristyllo Vici Parmensis anti- quarij nobilissimi nostra ætate.

Apud Benedictinos stat clarissimum templum, quod habet in parte sinistra, & in vna columnarum, de vate maximo Italico composuit Laurentius Fri- zolius.

D. O. M.

Ludouico Arcosto Poeta Patrio Ferrariensi, Augustinus Mustus tanto viro, ac de se bene meren. Tumulum, & Effigiem marmoream, ære proprio P. C. Anno salu- tis M. D. LXXIII. Alphonso Secundo Duce
Sixti annos 59. obiit anno sal. 1533. 8. idus Iunij.

O 2 Et

ITINERARI I

Et paulò inferius in peristyllio quadri prædicta
continentis, infra scripta verba in lapide incisa re-
periuntur.

*Hic Areostus est situs, qui comico aures sparsit Theatri Vr-
banas sale, Satyræq; mores strinxit, acer improbos He-
ron culto, qui furentem carmine, Ducumq; curas ce-
cinit, atque prælia Vates corona dignus vnus triplici, cui
trina constant, quæ fuerunt vatis Graijs, Latinis, & idq;
Heiruscis singula.*

Et si Monasterium ingrediens paruum, & vetus
facellum inuisis, in quo diu asseruata extiterunt hu-
ius Areosti ossa, & in altero parietum adhuc re-
peries.

*Qui giace l'Ariosto, Arabi odori
Spiegate, ò aure, à questa tomba intorno,
Tomba ben degna d'immortali honori:
Ma troppo à sè gran busto humil soggiorno.
Ossa felici, voi, d'incensi, e fiori
Habbiate il viso ogn'hor cinto, & adorno,
E da li Hefferij liti, e da li Eoi
Vengan mille bell'alme à veder voi.*

*Qui giace quel ch'è'l seme di Ruggiero
Cantò, è'l valor del gran Signor d'Anglante
Voi, che mossi d'ardente alto pensiero
Fermate i passi al suo sepolcro auante
Dite (nè pur in parte andrete al vero)
Che'n quanto è sotto al gran peso d'Atlante
Di cui non fù di Cintio al sacro Regno
Spirto più bel, nè più sublime ingegno.*

apud

ITALIÆ PARS I. 212

Apud Carmelitas in peristylio ad leuam videbitur
Manardi memoriam, de quo leges.

Io. Manardo Ferrarien. Viri vni omnium integerr. ac san-
ctiss. Philosopho, & Medico doctiss. qui ann. P. M. LX.
continenter vni docendo, & scribendo, tum innocentissi-
medendo omnem medicinam ex arce bonarum lit-
terar. fœdè prolapsam, & in barbar. potestatem, ac di-
tionem redactam prostratis, ac profligatis hostium copijs
identidem, vt Hydra renascentibus in antiq. pristinum
que statum, ac miorem restituit. Lauream omnium
bonorum consensu adeptus IIII. & LXX. ann.
agens omnibus omnium ordinum sui desiderium relin-
quens humilè se hoc sarcophago condidit.

Iulia Manarda vxor. mœstiss. quod ab eo opta-
bat posuit.

Hac breuis exuvias magni capit vna Manardi
Nam Virtus late docta per ora solat
Mens pia cum superis cœli colit aurea templæ
Hinc hospes vita sint documenta tua.

M. D. XXXVI. MEN. MART.

Canonici Sancti Saluatoris sub titulo S. Mariæ
Vadi, habent sanguinem miraculo venerandum
& suo venusto templo hospitem delectabuntur fe-
quenti inscriptione.

Ego illa Philippa Camerina muliebri corpore, viri animû,
gerens in lubrico constiti, tum despiciendo, tum aggrea-
diendo, omnium in me oculos contuli, illos admiratione
stupentes, hos hesitantes sciens reliqui: Duos acerrima
pugna Tyrannos distraxi: Et quoniam nihil sine hac
mibi similis digne iuncta, vt cum ea, vel ex ea nata vi-
dear agendum constitui ex principijs futura percipiens
hoc preparavi.

O 3 Que

214

ITINERARIUM

*Quæ sunt pro his, quæ non sunt, quæ si essent
Pro his, quæ cum sint non sunt, quæ videntur
Esse pro his, quæ clara sunt, in causa sunt, ut
Quod estis sitis.*

A O M D X V I I I . 7 0

ITER FERRARIA

V E N E T I A S .

Ferrariam relinquens, & ad partem tendens, quæ est inter Orientem, ac Septentrionem, confectis quinque milliaribus Francolinum peruenies, vnde scaphis Padum nauigabis ad leuam Rhodigij loca habens, & ad dexteram agros Ferrar. opimos, & amplos. Cum fueris in vicis dd. *Papozæ*, & *Corbola* ad meridiem tendit alueus vnus fluminis, Arrianum oppidum Turcorum nobilium abluens, & mari se commiscens, vbi est portus Gori. Sed alueum magnum nauigans, *Adria* Vrbs antiquissima, & in mediterraneis magis *Cauarærus* in ripis Athesis ædificatus tibi erit ad sinistram lacunæ vallesq; palustres amplissimæque vsque Lizzam Fusinam protèduntur; Loretum videbis, & mare ingrediès Clodiam perustrabis. Est ciuitas portu munita, ex aquis vtr. Medoaci, & lacunarum, victoriæ Ianuensium contra Venetos, & Venetum aduersus Ianuenses memorabilis. Alluitur aquis penè tota, & nauigandi peritia, ac exercitio eminent Clodienses, sicuti piscatione, hortorumque cultura. Inuisitur ea in Vrbe imago coelorum Dominæ suum filium D. N. in brachijs habentis, ac plangentis. Ibi aggerem triginta mill. passuum longitudine orientem versus a natura factum incipere videmus, quo tanquam repagulis, aut muro, aquæ Adriaticæ impediuntur, ne ad libitum, & vltra dilabi possint. Quot cinaræ, brassicæ, caul-
les

ITALIÆ PARS I. 217

les fabellicæ, pepones, cardui, & herbæ, quæ acetaria fiunt a Clodiensibus Venetias deferantur, nequaquã dici potest. Hinc ad meridiem versus Anconam, Pisaurum, Ariminum, Cesenam, & Rauennam itur nauigando. Terrestri verò itinere, & super Adriatica littora ex Clodia iens ad portum Gori, inde ad portum Abbatis, deinde ad Volanam, & vterius ad Magnam vaccam, postremò ad Primarij portum, & Rauennam laboriosè peruenies.

Viginti milliaribus distant Clodiæ Venetijs ad quas properans, habebis propè continens, & Patauinus agros, Bronduli portum aquis Medoaci abundantem, arenosum quamuis, & alga plenū. Vterius occurrūt Metamaucus in sula primæuis temporibus folio Principis Veneti conspicuum, aquis eius Medoaci itidem in portu olim ob suam profunditatem magni discriminis circumdatum. Pupillium *Poucia* quod fuit multorum habitatio nascentibus Venetijs, nunc dirutum iacet, nec spectandum aliquid habet præter D. Nostri Saluatoris Imaginem in Cruce pendentis, a fidelibus frequentatam. Per lacunas nauigio veheris, & vbiq̃ reperies, Xenodochia, viridaria, & Monasteria opulenta, & magnifica, Venetamque Urbem, cuius aspectu loetitia gesties, totusq̃ glisces admiratione propè exagitatus.

I T E R F E R R A R I A

R A V E N N A M,

& Ariminum.

IN suburbij meridie versus Padum ponte ligneo, & longo traicies, offendesq̃ Templum Sancti Georgij in quo S. Maurelij corpus asseruatur Ferr. Episcopi, quod diuinis officijs colitur a Patribus Oliuetanis.

9 4 Padi

Padus alueus hic secabatur, quorū vnus ad læuam planitiem, & arua abluabat, ad mare tendens, suisq; aquis irrigās loca multa, præcipuè vero Milliarium, Milliarium, Massam, & super Adriatici littora Volaniam. Alter verò, qui olim amplissimus erat, immò totus ipse Padus, magis ad meridiem flectens post mill. 18. Argentam habet oppidum non ignobile, sic vocatum, cum argentum quotannis solueret Rauennati Ecclesiæ. Habet hic alueus Padi ad dexteram valles Bononienses, Consilicis, & eas quas Argentani possident, quæque piscibus abundat maximè verò tinchis, & lucijs. Ab eodem latere Padus traicitur relicto Argentam, post tria millia, statimque offendes arcem dirutam vocatam *Bastia*, vbi Iulij Secundi, & Alphonsi Primi Ducis Ferrar. milites acriter decertarunt, inde decem milliar. confectis Lugis eris, quæ terra illustris, & clara existit, cui ad sinistram Tiberiacum *Bagnacavallo* oppidum est nobile, & Cotignola Sfortiadum Principum natalitium solum, Cunium, seu Barbianum penè dirutum Alberici militaris gloriæ inter Itaios Antesignani patria, & alia multa. Loca.

Ad dexteram vero Massa Longobardorum, Forum Cornelij ciuitas, & in ipsa flaminia Castrum Bononiense celebre, magis versus ad Austrum, & Fauentia Vrbs uasis fictilibus *Maiolica* illustris.

Ad sinistram partem eius Padi vsque Argentam Peninsula *Pollesine* S. Georgij conspicitur, in qua villæ, agrique fertiles, & Palatium *Bellouardi* Principum Attestinorum omni regio cultu paratissimum habetur cumulatissimè delitijs refertum, ingenti mole conspicuum. His in locis antiquitus, vici erant duodecim, quorum homines congregati Ferrariam construxerunt, & illorum primus Vicus Egonum dicebatur, nunc *Vigonzæ*. Portus oppidum Consan-
dulum, & alij multi Pagi, arua pulcherrima, & fructifera, ea loca implent.

Vterius Padum sequens, 20. passuum millibus plu-
res

res
an
Fi
te
A
da
na
ca
tu
P
ti
A
ri
ci
la
ni
ta
lu
te
ti
m
st
q
d
C
g
q
ti
g
ci
&

ITALIÆ PARS I.

217

res videbis pagos quasi in amnis littore, & loca
 amoenissima, inter quæ Longastrinum habetur, &
 Filum, cui rectus Padi trames per sex milliaria pro-
 tensi inttar fili, nomen Fili dedit, inferius est Sancti
 Alberti vicus, & Primarium, iuxta quod Eridanus
 Adriatico mari sua tributa soluit. Alueus iste Eri-
 dani, suis aquis furenter olim interminans, nunc are-
 na Rhæni Bononien. supra Ferrariam eleuatus, exsic-
 catus existit, & aquæ omnes alueum Venetias tendens,
 tumefaciunt, implentque.

Hinc si ad Orientem flectes iter, Venetias perges
 Primario relicto Magnauacca, Volano, Portu Abba-
 tis, Goro, & Clodia postremum. Conspicit Sancti
 Alberti vicus ad Iquam, ciuitatem Comaclensem,
 ripæ maris tenus, stagni circuitum habens duode-
 cim milliariibus protensum cæphalorum, & anguil-
 larum plenum, quibus multis Italiæ urbibus subue-
 nitur, quarum ad pondus viginti quinque, & trigin-
 ta librarum aliquæ expicantur. Ex portu Volani il-
 luc maritimæ aquæ fluunt. Olim Comaclum po-
 tens fuit ciuitas, nunc aquis euulsa, Pomposæ Abba-
 tia antiquissima, & nemora opaca, valles, & lacunæ
 multæ hic, & illic videntur.

Propè Sancti Alberti vicum dextero latere pas-
 stres agri sunt, in quibus Fossa Messanicia ab anti-
 quis effigiata videtur, angusto nunc alueo scaphis
 duntaxat nauigabilis, quaquæ Rauennam itur.
 Cum Italia vix habitaretur, erat his in locis ma-
 gnus Padus Padusa, ob Padum flumen appellatus,
 quæ, dum suum Principum Rauennæ agnoscebat, Mu-
 tinam vsque protendebatur, passuum videlicet mill.
 quinquaginta. Nunc valles Bononien. Confeli-
 cis, Argentæ, & Rauennæ illam continent paruum,
 & limosam.

RAVENNA.

Schott.

EST antiquitate magis, quàm ædificiorum pulchritudine modò celebris, a Theſſalis, vti Strabo memorix prodidit, primùm condita, ſed poſtea ab Umbriſ, atque Sabinis poſſeſſa, cùm Tuſcorum iniurijs vexati Græci, vltro hiſ coloniam inhabitandam ceſſiſſent in Græciam redeunteſ. Umbroſ poſtea Galli Boij, Boioſ demum Romani expulerunt. In quorum ditione, ac fœdere ad finem uſque, Imperio ſtante, permansiſt, donec ab Odouacre, & Heruliſ illæ provinciæ ſubigerentur. Quem debellatum Theodericus Oſtrogothorum Rex cœpit, atque *Rauennam* ſibi ſedem regni conſtituit. Tenueruntq; deincepſ illam Oſtrogothi vltra annos 70. donec a Narſete Iuſtinianiſ Imperatoriſ præfecto Italia pellerentur. Poſt Narſetem tenuerunt urbem *Exarchi* Imperatorum Byzantinorum, per annos ampliuſ 170. Quibuſ aſſidua cum Langebardiſ à Narſete in Italiam aduerſuſ Romanorum Imper. accitiſ bella fuerunt, Quorum potentia tandem intercidiſ *Exarchatuſ*, cùm *Aiſtulphuſ* Rex Rauennam bello cepiſſet. Verùm iſ poſtea Francorum viribuſ, ac *Pupini* Regiſ ductu victuſ, Urbe eadem, atq; toto exarchatu Romano Pontifici, Eccleſiæq; Apoſtolicæ cedere coactuſ fuit. Cuiuſ ſucceſſor *Deſideriuſ*, poſt diſceſſum *Pupini* ex Italia, pactorum fide ſpreta, cùm Exarchatuſ rurſuſ occupaiſſet; *Caroli Magni*, atque Francorum armib; etiam victuſ, & captuſ, Italiaſ regnum ſimul cum *Rauenna*, & *Exarchatu*, Langebardiſ ubique pulſiſ, amiſiſt. Sic itaque hæc Vibiſ fortunæ, temporumq; varietateſ, atque plureſ bellorum cladeſ ab initio peſſa fuit. Nec non patrum memoria a Gallib; crudeliſſimè, ſacriſ ædibuſ expilatiſ, direpta nõ ſolum; verum etiam in teſtiniſ factionum calamitateſ adſiſta iacuit. Eam verò Strabo tradit ætate ſua in-

me-

ITALIÆ PARS I. 219

medijs paludibus positam, ædificijsque ligneis constructam totam fuisse, aquis vbiq̃ue subtus intercurrentibus, ideoque pontibus, ac lembis peragrari solere. Maris etiam auctibus cum inundaretur, hinc fluctuum, inde annium concursu, nonnunquam ciues, ac inquilinos in ædium altiora tabulata compelli, inferiora verò cœni, luti que sordibus elui aquarum, aspergine. Atque ideo fieri perhibet, vt huic vrbi, non secus, ac Alexandria in Ægypto, summa in paludibus locis cœli fuerit salubritas. Nunc paludibus exiccatis, circumquaque patentes, atque fructiferos habet campos, segetibus imprimis felices, hortis cultos, atque pascuis abundantes optimis.

Diuum Augustum amplissimo portu, & altissima pharo *Rauennam* nobilitasse, Suetonius, Dio, Appianus Alexandrinus, & alij historici memoria prodiderunt, vbi & classem ad tutelam superi, vel *Adriaticæ* maris constituit, adiecitque in superiore portus, ac faucium cornu è regione *Rauenna* castra hiberna classiariorum, quæ in oppidi formam ædificata, mœnibusque munita, *Classis Rauennas* posteriore sæculo nuncupari cœpit. In medio portus vertice, versus mediterranea *Cæsaream* aliud oppidulum fuisse volunt, à Longino Exarcho deinde fossa, vallidque septum, vt Blondus auctor est. Itaque continuis ferè portuum oppidorum ædificijs semicirculari forma portus *Rauennas* olim locupletissimè coronabatur. Nunc verò vix vlla visuntur portus, aut ædificiorum veterum vestigia, præter quasdam ædes sacras, religiosorumque cœnobia, sed omnis illa plaga maris, atque stagnorum inundationibus cœno, & arenis oppleta est.

Rauennam portis, ac muris nouis munisse Claudium Imperatorem, testatur titulus portæ marmoreæ, quam *speciosam*, vel *Auream* nunc vulgus ob architecturæ, vel artificij pulchritudinem appellat, ab antiquo insculptus, qui talis est:

TI. CLAUDIVS. DRVSI. F. CAESAR. AVGV.
GERMANICVS. PONT. MAX. TR. POT. COS.
II. DES. III. IMP. III. P. P. DEDIT.

Eandem denique ad ampliatam, murisque restauratam a *Placidia Galla*, Arcadij, & Honorij Imp. sorore, eiusdemque filij Valentiniano, & Tiberio Blondus asserit. Mox eam sibi in regiam occupans Theodericus Ostrothorum Rex, exornatam varijs ædificijs, spolijsque prouinciarum ditatam, successoribus suis reliquit. Horum templa, palatia, & ædificia varia adhuc ibidem cernuntur.

Circa forum D. Mariæ in porticu per amplum conobium videbis, & Dantis Aldigerij Hetrusci poetæ nobilis sepulchrum marmoreum excitatum magnificentissimè a Bernardo Bembo Veneto Rauennatum quondam Prætorè.

Capitulum. Tumulum hoc epigrammate luculenter exornauit Patritius ille Petri Bembi Cardin. Pater.

*Exigua tumuli Danthes, hic sorte iacebas
Squallenti nulli cognite penè situ,
At nunc marmoreo subnixus conderis arcu,
Omnibus & cultu splendidior nites,
Nimirum Bembus Musis incensus Hetruscis
Hoc tibi, quem in primis hæc coluere, dedit.*

Ipse vero Danthes dum morbo langueret, adeo mentis compos fuit, vt sequentes verius sepulchro incidendos componeret.

*Iura Monarchia, superos, Phlegetonta, lacusque
Lustrando cecini, Soluerunt Fata quousque
Sed quia pars cessit melioribus hospita castris,
Actoremque suum petijt felicior astris,
Hic claudor Danthes patrijs extorris ab oris,
Quem genuit parus Florentia mater amoris.* Sed

ITALIÆ PARS I. 221

Sed in primis Archiepiscoporum sedem adibus, *Schoff.*
 templum vrbs maximum, ac sumptuosissimum,
 quattuor columnarum preciosissimi marmoris ordi-
 nibus suffultum, supra cuius altare summum viseba-
 tur annos circiter octuaginta, quattuor innixum pul-
 cherrimis columnis marmoreis cœlum argenteum
 triginta sex millium aureorum, cum limbis fastigio-
 rumque sigillis, atque parergis inauratis, & elegan-
 tissimis, quod sacrilegæ Ludouici Duodecimi Gal-
 lorum Regis cohortes simul cum vrbe, sacris, prophæ-
 nisque rebus omnibus nefandissimè, vt dixi, diripue-
 runt, cuius noxæ non diu post pœnas atroces iusta
 numinis vindicta dedere, proelio vel ad internecio-
 nem cœsi, vel in Padi, Ticinique gurgites detrusi, ac
 suffocati. Ostenduntur sacræ Diuorum reliquiæ, ve-
 stes, & donaria preciosa. Item in sacelli maioris
 hemispherica testudine, opere museiario Græcanico
 effigati primi illi duodecim sancti Antistites, qui
 columbæ candidæ supra caput apparentis indicio,
 Rauennates Archiepiscopi sunt electi.

Rauennæ Christi fidem tradidit Sæctus Apollima-
 ris, qui vnà cum Sancto Petro ab Antiochia Romam *Capug.*
 recessit, ac unus ex 72. Discipulis creditur. Qui cum
 nature sua debita concessit, quilibet ex discipulis,
 quos reliquerat, se tâto oneri imparem existimabat.
 Qua de re cuncti in Ecclesiam conuenerunt, vbi Deo
 preces fundebant, vt edocerentur, cui dignitas exi-
 mia demandanda esset. Quamobrem Spiritus San-
 ctus forma columbæ assumpta, deuolabat supra eum,
 quem Deus probabat. Hoc miro quidem modo vn-
 decim Archiep. delecti fuerunt. Ecclesiam igiturque
 Spiritus sancti dictatur ingredi, quod oculis eleua-
 tis super fornicem principis aræ fenestram ex parte
 clausam cernes, per quam ea descendebat columba;
 atque eandem cum introieris ecclesiam sinistrorsum
 tendes, & tumultum ex lapidibus coctis cernes, pe-
 nes quem in angulo cômorabatur Seuerus homo fim-
 plex,

plex, cuius caput supra omnibus visus postremò descendit Spiritus sanctus.

Schott. Perges hinc ad aureum cœlum Theoderici Regis Ostrogothorum, ab eo quondam splendidissimè ædificatum, quod *D. Martino* prius, nunc *D. Apollinari* sacratum est fanum, & grandium columnarum solidarum rari, & exotici marmoris, quas Byzantio Rex adferri curauerat, binis ordinibus, varijsque alijs marmorib; nobilissimis ditissimè exornatur, quæ Roma, & ex alijs Italiae locis transtulerat. Perlustra, & alias ædes sacras.

D. Vitalis rotundam, cuius summa testudo, & tholus aræ maioris columnis item marmoreis nobilissimè sustinetur. Quin tota fuit olim cum pavimento, ac parietibus tabulis marmoreis, opereque tessellato, cum emblematis circumquaq; vestita, atque incrustata, veluti ex reliquijs operum, quæ adhuc supersunt, colligitur.

Transi inde in vicinum Diuorum *Geruasii*, atque *Prothasii* fanum, opulentissimè a *Placidia Galla* constructum, & marmoribus nobilissimis excultum.

In quo etiam Gallæ, duorumque eius filiorum sepulchra marmorea pulcherrimè exsculpta visuntur.

Item *D. Ioannis Euangelistæ* Templum accede, ab eadem *Placidia Honorij, Arcadijque* Imperatorum sorore structum: In cuius testudine Imperatorum imagines opere museiario tessellato effigiatae sunt, quæ de profapia conditricis fuere. Legitur elogium vetustum, memoriam continens, quo tempore conditum sit templum, & quomodo ab ipso Diuo Euangelista Ioanne mirabiliter apparente consecratum fuerit, die 9. Februarij. Hæc, atq; similia plura templa perlustra, & ingentis Palatij ruinas, quod *Theoderici Ostrogothorum* Regis fuisse volunt.

Antiquitatum monumenta per urbem scrutari si libet, reperies *Herculis Horarij*, vel (si mauis) *Astrologi* statuam marmoream non prius visam, in craterem
fon-

ITALIÆ PARS I. 223

fontis, selectamque epigrammatum, epitaphiorum, ac inscriptionum antiquarum, quæ passim inueniuntur, syluam colliges, proprijs etiam studijs profuturam, laboremque & tædium multiplici, ac varia philologia veteris doctrina subinde leuaturam.

Laudabis in primis statuam illam *Herculis*, vt pulcherrimam, qui posita claua velut Atlas innixus genu sinistro, è terra semet erigens, ambobus lacertis, atque ceruice gestat horologium solare semitondum, & conuexum, in cuius concauitate per gnomonis, seu umbilici solis umbram horæ diurnæ lineis distinctis demonstrabantur. Nec dissimilem vidisse me memini *Herculis* statuam Romæ in vinea Stephani Bubalij repertam, qui non horographium sciotericon, siue vas horoscopum ceruice, sed cœli spheram ingentem Zodiaci, atque fixarum stellarum imaginibus pulcherrimè sculptis exornatam gestabat.

Atqui Diodorus Siculus auctor est, Hyperiona Solis, & Lunæ, Astrorumque motus obseruasse primùm, atque diem in horas ex umbræ solis dimensione diuisisse: idèdque Solis, ac Lunæ parentem ipsum apud Atlantides creditum fuisse. Ægyptiorum quidem, Samothracum, aliorumque populorum vetusta religio fuit, vt crederetur Hercules Solis vis, potestas, & varia virtus in inferiora mundi corpora. Hyperion, cœli aut ætheris. Quid enim aliud *Hyperion*, quàm superior mundi plenitudo, perpetuûsque motus? Quid *Hercules*, quàm aeris, ac terræ gloria? si Græcorum nominum ethymologiam, velut Macrobius, & alij veteres, interpretemur. Magna porrò inferioris mundi gloria, & pulchritudo, Solis illuminationis, qui annuo circuitu per Zodiaci signa duodecim, totidem, vt de Hercule fingitur, obire certamina videtur, atque caloris sui radijs vitalibus generationem, ac vitam corporibus infundere, corruptiones, ac pestes dispellere putabatur. Hęc quidem meteoramiris veterum philosophorum, ac poetarum fabulis inuoluta penitus perscrutari, alterius est loci, &

nostri instituti hic non est. In presentiarum declarasse satis erit, quam non ineptè (cùm *Hercules* Solis in inferiora vis, & effectus intelligatur esse) poetarum, pictorum, sculptorumque ingenia, & artes cum nobis repræsentent stelliferum, & horarium, id est, cælum gestantem, astra temperantem, atque diei stationes æquas partientem, splendoreque solis indice docentem temporis articulos. Vnde & *Astrologum Herculem* appellarunt veteres, variisque fabulis datus est locus; Quod Solis obscurationem præviderit, & prædixerit, cum se flammis esset iniecturus, ut *Sex. Pompeius Festus* auctor est; Quod poculo ingenti auro à Sole donatus fuerit, quo tanquam nauigio Oceanum transmisit, *Geryonis* boues abactus, ut *Pherecydes*, & *Panyasis* Græci scriptores egregij posteristradidere: Quod cælum humeris sustentandum aliquandiu suscepit ab *Atlante Libyco*, vel (ut alij volunt) *Aegypcio*, ut eius auxilio aureis potiretur malis. Prætereo *Hesperidum hortos*, draconem peruigilem, *Atlantides* nymphas, & *Argonautam* eiusdem ferè cum solis poculo argumenti, aliaque plurima, quæ ad coelestium, terrestriumque rerum observationem, agriculturæ, maritimæque nauigationis inuentionem, & experimenta prima respiciunt, ingeniosæque demonstrant, *Herculeum*, & heroicum, id est, recti cupidum, fortem, atque constantem animum coelestia, terrestriaque omnia, superis fauentibus, felici indagine pertentasse, nec non artes, & cuncta vitæ humanæ necessaria commoda reperisse, atque in usum produxisse. Nam eximia quæque inuenta publica que beneficia magna heroicæ uirtutis, atque Diuini prorsus sunt spiritus opera, cum horum finibus ubi comites, & asseclæ perennis honos, atque fama immortalis. Sed hæc latius disserere, a lterius, ut diximus, loci, atque instituti est. Nos obiter hæc tantum statuat *Herculeæ* istius occasione uoluimus attingere, uti cunctis manifestum fiat, quam pulchrè, & iucundè adolescentum studia promoneri historiæ ueteris

ITALIÆ PARS I. 225

teris, atque rerum antiquarum explicatione possunt, eorumq; animi ad virtutis amorem, ad sublimes animos, generosaq; studia inflammari.

Via ad portum Cefenaticum, & ad Ceruiam visitur ædes rotunda D. Virginis Mariæ, quæ ante *Ravennam* est antiquissima, & pulcherrima. Ædificium est forma rotundum, ac eximium, opere reticulato, è spisso quadrati saxi muro, cuius interior circulus amplitudine per diametrum viginti quinque pedum est. Pavimentum ex varij coloris lapillis ingeniosè tessellatum bellis renitet emblematis. Tectum totum ex vno solido saxo granoso, sed præduro forma hemisphærica concauo, in cuius vmbilico medio foramen rotundum diem, ac solis radios immittit. Miraculum apparet, atque hæsitant cuncti spectatores, & diuinare nequeunt, quam industria, quibusue instrumentis tanta saxi moles in ædificij illius culmen euchi potuerit. Cuius amplitudo rotunda per diametrum 35. plus minus pedum esse conijcitur, considerato nimirum exteriori ædis circulo, atque murorum, quos tegit illa moles, & grassitudine mensuræ cum cymatio, coronicibus, zophoris, atque epistylis columnarum, quæ forinsecus ædem exornant. In fastigio tecti supra foramen in columellis steterat olim *Theoderici* Ostrogothorum Regis somatotheca nobilis, ex lapide Numidico porphyreo leucostricto solida, longa pedes octonos, alta quaternos, cū operculo ex ære Corinthio inaurato, signis, parergis, & emblematis elaborato, quàm opulentissime. Quod monumentum, vti plures scribunt, Amalasiunta Ostrogothorum Regina patri posuerat, sed bello Gallico Ludouici Duodecimi, barbari milites præde sarcophagum illum tormentorum ictibus deiecerunt, cuius adhuc reliquæ quædam visuntur ibidem.

Quia exharcatus mentio facta est, ne incognitum *Caput.* quidquam relinquamus, dicere volumus. Exharcus supremum magistratum designat, quem in Italia vbi

defecerunt Romæ Consules, Græci Imperatores constituere. Illorum primū Iustinianus Imperat. misit anno 557. & nouissimus præfuit anno 732 ac omnino 16. Exarchi extiterunt, qui pulsi fuerunt, quo temporis Longobardi Imperium occuparunt. Exarchi potestas totum illud agri continebat, qui Arimino ad Papiæ fines, per uiam Æmiliam pertinet, latitudineque ab Apennino ad Veronen. paludes, & Vicentinas, & ad mare superum patebat. Quapropter, quam maxime floruerit Rauenna, hinc percipi potest.

In suburbij ciuitatis ad tria milliaria, in ea regione, quæ spectat inter meridiem, & occasum solis, qua ad Forum Liuij itur, ad dexteram Roncus flumē fuit, cuius in ripa Crux Lapidea extat.

Hæc te docebit, Gastonem Foisseium Gallici exercitus Imperatorem, anno 1512. eos campos insigni certè victoria, sed suo interitu nobilitasse. Inflammatus, namque immoderato ardore delendi hostis, cum iam planè victor stratis aduersariorum alis incitato equo cū paucis recipientes sese hostes persequeretur, sub aggere eius profluentis amniculi confossus interiit. Millia hominum 18. ea die, quæ fuit dedicata Saluatori nostri morti, cœsa perierunt, Galli uidelicet, Hispani, Itali, Germani, Heluetij.

Rauenna perlustrata, & ulterius progrediens a sinistra fretum, a dextera valles, & lutulenta loca conspiciuntur, & Sylua pinis consistam, cui parem Italia non habet, cuiusque fructus haud prouincia hæc tota desiderat. Post aliquot milliaria, non procul a uia Ceruia Vrbs inuisura dextris, parum frequens hominibus, quod aeris salubritatem expetit. Hic montes tolluntur salinarum, quos erexit industria habitantium, aqua maris coarctata, & solis verberatu, ita Italia toti suppetit, Pontificis Romani utilitate summa. Traijcies deinde amnem Isapem *SANIO*, qui cum portum faceret, Octavianus Augus. classem magnam in eo posuit, Portum Cesenaticum, pagum, ulterius

ITALIÆ PARS I. 227

Vides, & magis ultra super littore amniculi Piffatelli omnino sistes.

Perlustra Rubiconem, perduellione C. Iulij Cæsar. *Schoff.*
 ris famosum, & cogita, vt ille flouiolus, florente Imperio, præcipuam Urbis Romæ prouinciam Italiam eo loci inter Apenninum, & Hadriaticum mare disterminarit à Gallia Cisalpina prouincia, vtque C. Cæsar, spretis maiorum legibus, quibus verabatur omnis Imperator extra prouinciæ suæ limites iniussu Senatus, Populi que Romani legiones ducere, per nephas bello petiturus patriam, exercitum eò traduxerit, & vanis ostēti Panici superstitionibus militem ad ciuile bellum impulerit, moxq; Urbem Romam, atq; Italiam infestis armis occuparit.

Ediſſi Romani tenor ibi in lapidea columna in- *Capug.*
 sculptus sic legitur.

*Iussu mandato vè P. R. Cos. Imp. Trib. Mil. Tiron. Com-
 militon. Arma quisquis es deponito, nec citra hunc am-
 nem Rubiconem signa, ductum exercitum, commeatum-
 vè traducito. Si quis ergo huiusce insisionis aduersus
 præcepta ierit, fecerit vè, adiudicatus esto hostis P. R. ac
 si contra patriam arma tuleris, penatesq; ex sacris pene-
 tralibus asportauerit Sen. Pop. Q. Roman. Sanctio ple-
 bisciti. S. vè consulti, vltra hos fines arma, ac signa pro-
 ferre liceat nemini.*

Viator ex Rauenna Arriminum petens, ad leuam fretum conspiciet, ad alterum vero latus post arua, & planitiem opimam, & feracem, viam flaminiam, Apennini colles, cuius radices habent Forum Liuij Urbem magnificam, in qua potissimum herba *Gua-*
do oritur pro pannis tingendis aptissima, & anisorum cumini, saccaro condiendi. Brittonorium post Forum Liuij in eminentiori colle se extollit, oleo, vino, aqua, & cælo saluberrimo diues, in quo tanquam super speculam, Adriaticum mare, Dalmaras,

Croatios, Venetos, & Romandiolam totam perstrare poteris. Habet Flaminia ipsa Forum Pompilij Forlimpolo, & Cesenam arce in monte excavata, vinis penes cunctos illustrissimis collibus fructiferis, & apud Franciscanos bibliotheca omni antiquorum librorum genere plena, & a Malatestis donata Urbem verè conspicuam. Eminent in vno collium Templum augustum Dei Matri Sacratum, Mons Mauri, alias nuncupatum, in quo multa leguntur antiquorum Epitaphia, quorum sub altare habetur.

Scia T. F. Marcellina sibi, & Vibennio Marcellino Filio visa posuit. Quod voluit, & potuit. Quod potuit & voluit.

A R I M I N V M.

Antiquitatum haud contemnenda est ibidem copia, cum antiquissima sit ciuitas, quam Augustus Cæsar, & Imperatores Romani plures publicis ædificijs sumptuosis, ac splendidis exornarunt, quæ admodum reliquæ adhuc demonstrant. Coloniam quidem Romanorum factam tradunt Liuius, Strabo, Velleius, & Eutropius simul cum Beneuento ante bellum Punicum primum, P. Sempronio Sopho, & Ap. Claudio cæci F. Coss. anno post R. C. 485. Habitaque deinceps est ea Colonia velut propugnaculum aduersus Gallos in eo limite, quo etiam plerumque Romani Duces, qui Galliam, aut vltiorem aliquam prouinciam sortiti fuerant, diem conueniendi ad signa militibus post delectum dicere, legionesque inde in prouinciam ducere solent, vt ex Liuiana historia manifestum sit. Nominis ethymon a Leone, vel Hercule, aut Marte, qui deducere volunt, Anniana somnia sequuntur, mihi potior uisa sententia, qua plures opinantur a flumine quo alluitur Arimino nomen tra-

ITALIÆ PARS I. 229

traxisse, cuius Strabo, & Plinius mentionem faciunt. Ab initio *Picentiu* fuit, postea his deuictis, & ab App. Claudio triumphatis, cuius ab Aesi ad Rubiconem protulissent Imperij fines, Vrbs *Vmbri* attribui cœpit. Quæ in planitie sita foecundissima, ab ortu, & occasu frumentarios habet campos, a meridie hortorum, oliuetorum, vinearumque plenos Apenninorum colles a Septentrione Hadriaticum mare. Quare rerum omnium ad vsum hominum abundans est. Aedificijs nouis est pulchra, & commoda. Inter quæ palatia sunt quædam sumptuosa maiori ex parte a Malatestis olim vrbs principibus condita. Item fons in foro marmoreo cratere, ac parergis omnibus ornatissimus, atque siphunculis pluribus dulces, ac limpidas euomens aquas.

Spectabis castrum, curiam, theatri lateritij antiqui reliquias ingentes versus mare, pontem marmoreum ex quadratis saxis grandibus in *Arimino* flumine constructum ab Augusto, qui Flaminiam viam *Æmilia*, urbemque suburbio iungit. In longum ducentos pedes arcibus quinque innititur, in latum pedes quindecim habet. Ab utroque latere spondis marmoreis opere Dorico pulcherrimè laboratis munitus est, in quarum vna magnis litteris insculpti leguntur tituli Imper. Cæs. Augusti, in altera è regione Tiberij Cæsaris, ex quibus colligimus, anno post Urbem conditam 778. C. Caluisio Cn. Lentulo Coss. opus hoc absolutum fuisse, quod Augusti auctoritate Flaminiam sumptuosissimè muniens inchoatum, antè fuerat. Videbis, & antiqui portus vestigia, qui modicis quidè nunc nauigijs aptus, & arenis oppletus, sed quam splendidus, & amplus olim fuerit, cognosces per straturam magnificentissimi templi D. Francisci, quod ex marmoribus antiqui portus Ariminensis Sigismundus Malatesta eius vrbs princeps quondam extruxit.

Proficiscens *Pisaurum* versus, in trāsitu conspicies vetustissimum, ac in primis elegantem arcum marmoreum

moreum Augusto Cæsari in via positum, in eius septimo consulatu, cum iam octauum designatus esset, quinque celeberrimis Italiæ vijs, consilio Senatus, Populiq̃ue Romani ex voluntate munitis, quemadmodum ex elogij fragmentis in arcu adhuc extantibus colligere licet. Atqui constat ex his postremam non fuisse *Flaminiam*, quam Augustus, teste Suetonio, sibi desumpsit ab vrbe muniendam Arimino renus, cum reliquas triumphalibus viris ex manubiali pecunia sternendas distribuisset. Ad huius beneficij publici memoriam propagandam, plures etiam nummos antiquos cusos reperimus, cum *Augusti* effigie, & titulo ab vna parte, & ab altera cum arcu *thyrao*, vel bifori, id est, duarum portarum in via super pilas fornicata posito, in cuius supremo fastigio *Virioria* quadrigam triumphalẽ agitans expressã videtur, & causa tãti honoris adscripta his paucis verbis: QVOD VIÆ MVNITÆ SINT.

Cuius quidem arcus marmoribus prorsus omnibus spoliati reliquias magnas in eadem *Flaminia* via adhuc extantes, Romanũ vsque pergens videbis.

Caput. Qui Arrimino breviori itinere Romã proficisci derat, colles Urbis ad meridiem transfiliet, in quibus occurrit Mons florus oppidum, & amne Isauro transnadato, confectisque 34. millibus passuum *Urbinum* ciuitatem reperiet viator. Inde *Aqualagnam*, 8. mill. dis tantem, & ad viam *flaminiam* descendet, locaque perlutrabit, de quibus erit sermo, cum de itinere ex *Fano* Forum *Særonij* dicemus, & *Umbriam* ingredietur. Est ciuitas *Urbinum* Ducatus *Feltrij* metropolis, ac sedes, aere purissimo fruitur, ingenij acumine, & rebus uisu dignis, ac memoria. Palatium a *Feltrij*s Principibus extractum in ea videtur, tanta maiestate, & ædificandi arte insigne, vt nulli alteri possit inuidere. Bibliotheca itidem suppellectili magna librorum ornata, & alijs nobili ciuitate illustris. Supra *Urbinum* Castrum *Durantis* locatum est.

ITALIÆ PARS I. 237

est, à Gulielmo Durante libri, qui speculum inscribitur auctore constructum. Ibi Urbini Reguli elegantissimum palatium, multaque voluptaria loca, & ad veniendum, & ad piscandum aulae oblectamenta condidere. Ibi vasa figina, quæ facile cum Fauentinis nobilitate contendunt, finguntur. Ea in regione sita est arx inexpugnabilis Sancti Lei, quæ inciso lapide viuo extollitur aduersus Feltrensiū hostes, suntque alpes, & Apennini montes.

In ipsa flaminia si oculos tollis ad dexteram partem pinnae Sancti Marini vides, post quas oppidum feruentis omnis expers apparet, in altissimo dorso montis positum, & illustris titulo non indignum. Distat Arrimino uiginti miliaribus, cui ostendit faciem lapidis magnæ altitudinis, penitus inuij, ac omnis ascensus omnino priuati.

Pagum Rimino quindecim miliar. distans in super eodem itinere flaminia obuiam fiet Catholica nomine, ubi uerè planities inuicem sumit, quæ nullo mōte diuisa, ad alpes, usque Coctias, quæque Italiam ab Gallia seiungunt peruenit amplissima, ciuitatibus, populis, & rebus quibus maximè Itali præ cunctis alijs extolluntur ditata, & abundans. Hic, & illic sunt pagi, uici, Promontorium Focatae *Monte de Pesaro*, fructetis, & delitijs onustū, unde parū abest Palatium nuncupatum *Poggio Imperiale*, cuius fundamentis lapidem primum Fridericus Tertius Imperator ponere uoluit Feltrensiū Regulis ergo amplum, & omni uenustate decorum existit, & a multis emulari, ab uniuersisque conspici debet uiatoribus.

P I S A V R V M .

Schott. **V**Rbem, eiusque arcem ad-littus à Ioanne Sfortia principe conditam, munitiones, ac propugnacula a Francisco Maria, & Guidorbaldò contructa; nec non Villam extra muros sumptuosissimam, item ædes sacras, ac monasteria, aliaque visu digna perlustrabis. Est etenim *Pisaurum* ædificijs, atque plateis perelegans, mercimonijs diues, emporiumque Italiae celebre, ad cuius nundinas frequens mercatorum fit concursus ex varijs prouincijs certis anni temporibus. Portus tamen vrbs illius, propter vada, & arenas, onusta & maiora nauigia non admittit, vt ab agasonibus, ac mulionibus, qui merces inuehunt, magis quàm a nautis vrbs frequentetur. Colonia Romanorum simul cum Pollentia facta est, anno post Vrberem conditam 569. P. Claudio Pulchro, L. Porcio Licino Coss. quadriennio post Bononiam deductam, vt Liuius, & Velleius Paterculus auctores sunt. Eandem paulò ante bellum Actiacum, cum eò M. Antonius *IIIVIR* Colonos rursus deduxisset, terræ hiatu absorptam perijsse, Plutarchus in Antonij vita memoriæ prodidit.

Visa satis ciuitate, ad palatium Ducis ibis, vbi inter cœtera Armamentarium videas, bellicorum instrumentorum, armorumq; elegantissimorum copia, & varietate instructissimum.

Hinc rectè per *Fanum Fortuna*, atq; inde per littus Senogalliam proficiscere.

Caput. Ad portam, quæ ducit Ariminum Isaurus *Foglia* fluuius lapideo ponte traicitur, ibi Piceni finis, Flaminiaque initium. Sinistra pulchrum est oppidum Nuolaria, a nobilitate aeris sic appellatum. Quarto ab eo lapide in ipsa via oppidum Montis Abbatis excelso in loco positum prospectum iucundissimum habet.

ITALIÆ PARS I. 233

Uterius Mons Baroccus loco longè editiore conditus totum Picenum respicit, & oppida circiter quindecim in collibus amœnitate illustria, & aspectu pulcherrimo oculos oblectantia.

FANVM FORTVNÆ.

A Celebri quondam *Fortuna templo* nominatum *Schoen.* oppidum non ignobile est, in via Flaminia positum, in agro bono, fertiliq̄ue, oleo persuaui, frumento, vinoque præstantissimo abundanti. Coloniam eò deductam ab Augusto colligūt plures, cum is, ut Suetonius scribit, duodeviginti Colonias dederit, & ab ipsius nomine hanc coloniam *Italiam Fanestrem* appellatam antiquitus fuisse, Pomponius Melæ, & plures antiquæ inscriptiones testentur, quæ ibidem repertæ sunt. Eandem ab Augusto cinctam muro, & a Constantini Magni filijs Constantio & Constante restauratam fuisse, demonstrant muri vetusti reliquiæ, & arcus marmoreus portæ, qua per Flaminiam Roma venientes intrant, pulcherrimè, & magnificentissimè cum suis titulis elaboratus, qui integer ferè ad Pij Secundi Pontificis Maximi tempora permanserat. Tum bello contra *Fanenses* tormentis ferè dirutus, cuius tamen effigies in proximo sacello *Sancti Michaelis* ad rei memoriam insculpta parieti est, impensa publica Fanensium. Apparent item in oppido marmora cum titulis vetusta ædis *Fortune*, aliorumq̄ue publicorum ædificiorum vestigia multa, quamvis Gothicis, varijsq̄ue cladibus alijs sepius destructum fuerit. *Metaurum* transieris, ostenduntur a dextris non multis parasangis inde sita in eo tractu loca, cruentis prælijs insignia, & magnorum Ducum victorijs celebria, ubi M. Livijs Salinator, & C. Claudianus Nero Consules Asdrubalem

Pœ-

Pœnum Annibalis fratrem acie victum occiderunt ad *Metauri* ripas. Quæ clades Annibalem, viso fratris capite, de fortuna Carthaginis desperare coegit. Item ulterius, quibus in campis *Totyla Gothorum* Rex cruento prælio sit superatus a *Narfete* eunuchò, *Iustiniani* Imperatoris legato, cuius ista præclara victoria iugum Gothicum ab Italiae cervicibus sublata fuit, cum *Totyla* grauter faucibus *Apenini* iuga fugiens, nõ procul a *Tiberinis* fontibus ad *capras*, velut a *Procopio* libro 3. historiae *Gothorum* narratur, vita decessisset.

ITER FANO, VSQVE

FVLGINEVM,

via Flaminia.

Caput. **A** Fano ad occasum flectens uicos montanos inuenies, inde per *Mediterranea* dextra *Metauri* fluminis ripa uiam *Flaminiam*, qua uergit ad meridiem tenens, te conferes ad *Forum Sempronij*, quæ *Vrbs* inter collem, & flumen in planitie ferè iacet. *Noua* ciuitas est, cum antiquam *Gothi*, aut *Longobardi* diruerint. Pro *Summi Templi* foribus, quod inter cœtera pulcherrima ædificia principem locum tenet, antiquæ leguntur litteræ, uetustatis insigniæ. Extra *Vrbem* lapideo ponte *Metaurum* transibis, & via *Flaminia* progrediens uinetis amœnissimis utrinque confitis animum recreabis. Tertio supra *Forum Sempronij* milliario fluuius illabitur *Candianus*, ubi trans flumen *Feltrensi* Ducis caueam omnis generis plenam ferarum ad animi relaxationem instituerunt.

Ijs in locis mōs est *Asdrubalis* ab *Asdrubale* *Carthag.* a *L. Salinatore*, & *Claud. Nerone* superato nomine habens. Hinc uia *Flaminia* ab *Augusto* *Romam* usque

ITALIÆ PARS I. 235

vsque strata apparere incipit, ubi incredibili impensa durissimo saxo ferro perfracto circiter 500. passus, curribus etiam uiam apertam per inaccessas montium altissimorum rupes obstupesces. Inter hæc summa appræhenderis admiratione, cum saxum ipsum ferro apertum fornicem habere conspicias longitudine passuum centum, latitudine duodecim, & altitudine totidem ab Italis *Furlo* nominatum, quasi saxum perforatum. Quædam ibi legebantur littere, nunc uetustate penè obliteratæ, quibus docebamur

T. Vespasianum arduum hoc opus peregrisse. Candianus amnis a leua sui flexibus obstrepit inter montes passuum millibus tribus, quousque hæc ostia prætergressus campos per decem milliaria patentes inuenies, in quibus Aqualagna uicus reperitur. Hic tibi redeat in memoriam, Totylam Gotthorum Regem fuscum, fugatumque a Narsete in propinquis locis, quò se ex fuga recuperauit, expirasse.

Uterius via Flaminia Callium Vrbs, postea ad fluminis dexteram Cantianam oppidum ex Luceoli ruinis, (quam Urbem, ubi nunc pons lapideus constat fuisse) ædificatum inuenies, a Narsete excisam ubi Eleuterius Exarchus perfidia nomen captans Imperatorium de medio sublatus est. Procedenti Alpium iugum Picœnum terminans apparebit. Inde pagos Scheggiam, Sigillum, & Gualdum in colle ædificatum a Longobardis, tandemque Nuceriam offendes ad sinistram in summo Apennini colle, pulcherrimis olim ligneis uasis celebratam, Alphateñaque ad aliarum Nuceriæ differentiam uocatum. Diruta antiqua est, hæc recens, & parua, Pontificio Imperio subiecta, uino muscatello abundat. Ad radices montis, qui tenet Urbem uallis est Tinia a flumine eiusdem nominis, quod eam interfluit appellata, de quo flumine Silius. *Tinia, inglorius huius* mor, inglorium autem uocat, quod nauigationi peruium non sit. Iter per uallem periculosam, tarpium enim necessariò flumen uadantes limo eius tenacissimam.

236 ITINERARIUM
 cissimo inhærent, subterraneisque voraginibus immerguntur. Vallis duodecim millibus passuum, exporrigitur, in qua Pons centesimus, quinque milliar. passuum, FVLGINEVM abest, nomen inde vico datum, quod Romam centum milliar. interessent; sed nostro tempore factis longioribus milliar. minoris distat interuallo.

ITER FANO FVLGINEVM,
 ET ROMAM FACILIORI,
 At prolixiori via.

SENOGALLIA.

Schott. Vltius Fanum, & ad mare Adriaticum, Senogallia est oppidum celebre, & peruetustum, *Sena* prius a conditoribus Gallis Senonibus, deinde ad differentiam alterius eiusdem nominis, quæ in Hetruria est, *Sena Gallia* nuncupata, cum adhuc Aesis fluvius Italiam a Gallia Cisalpina discerneret. Hinc P. Dolabella consule Senonibus ad internecionem extinctis, eorumque agris occupatis, Romanorum est Colonia facta simul cum Castro, & Hadria: quo ferè tẽpore, inclusis Umbris, Italiae limes ab Aesi ad Rubiconem vsq; productus est. Marcum Liuium Salinatorem consulem cum exercitu aduersus Asdrubalem Italiae ingruentem *Sena* consedisse, & quingentos inde ferè passus hostem abfuisse constat, cum C. Nero collega maximis itineribus profectus è Lucanis cum expedito sex mil. peditum, & mille equitum exercitu nocte veniret illi auxilio: Tunc iunctis viribus altero mox die fugam ultra Metaurum molientem Asdrubalem cum toto exercitu trucidarunt, vt antè diximus, & Titus Liuius pulcherrimè libri 27. fine narrat.

A N-

ITALIÆ PARS I. 337

A N C O N.

EST *Ancon* vt antiquitate, sic & opibus, pulchritudine, atque emporio, propter portus commoditatem, celeberrimo, famosa, & insignis, ideoque Græcorum, Illyricorum, ac Pannonum, immò totius Europæ gentium mercatura continua frequentatur. De eius origine consentiunt auctores vetusti, ac fide digni Strabo, Plin atq; Solinus, *Græcâ Urbē* esse, eamque Syracusios ob Dionysij Siculi tyrannidem profugos condidisse. Falluntur, qui *Dores* eius conditores arbitrantur fuisse, Iuuenalis Poetæ versiculo decepti, quòd *Doricam* appellet *Ancona*, ludens in rhombum ingentem Domitiani Cæsaris, satyra 4.

*Incidit Adriaci spatium admirabile rhombi
Ante domum Veneris, quam Dorica sustinet Ancon.*

Non animaduertentes venustè poetam vna illa voce primam vrbis originem, atque simul vetustam ciuium linguam denotare, qua Syracusij conditores, vt & Siculi ferè omnes, antiquitus vsi sunt: quemadmodum Theocriti, Moschi, Epicharmi, Syracusanorum poetarum non solùm scripta testatur, sed & antiqui Sicularū nummi plurimi adhuc extrantes *Doricam* eam fuisse. Colonia Romanorum quando facta fuerit, non planè liquet. Verisimile est, post Tarentinum bellum, circa annum Urbis 485. deuictis a P. Sempronio Consule Picentibus, & Italiæ finibus ad Aesim amnem vsque prolatis, *Anconem* in limitibus colonos fuisse deductos. Constat quidem ex Plinio Coloniam Sicularū primùm fuisse, qui lib. 3. cap. 13. in Piceno Numanam à Siculis conditam scribit, & ab iisdem Coloniam *Ancona*, appositam promontorio Cumeri in ipsa, flectentis se oræ cubito. Hinc *Ancon* Græca voce dicta fuit, quòd & vrbis, & pro-

promontorium forma *cubiti* se incuruent, & portus stationem tutam faciant. Agrum verò postea Anconitanum per Romanos limitibus Gracchanis per centurias in iugeribus assignatum colonis fuisse, variorum auctorum veterum liber *de limitibus* memoriae prodidit. Itaque sub Imperio Romanorum hanc Urbem ob portus opportunitatem semper admodum floruisse, auctores multi demonstrant. Cuius quidem portus Traiani Auguf. impensis magnificentissime restaurati ingentes, & præclaræ adhuc extant reliquæ.

Spectabis itaque urbem ædificijs nitidam, & opulentam mercatura, & negotiantum inquilinorum frequentia copiosam. Quæ opposita promontorio *Cumero*, mari atque opportunissimo portu a Septentrione clauditur, portis, propugnaculis, atque muris undique munitissima, Summorum Pontificum industria. Portus quidem ille capacissimus cum natura, ac promontorij situ, tum opere, atque arte veterum clausus, atque aded tutus est, ut inter primos, atque pulcherrimos orbis terrarum adhuc celebretur, quamvis horum, atque superiorum temporum supina negligentia, turpique avaritia quibusdam in locis oppleatur. Extant adhuc magna ex parte maritima septa, quibus undique vestitus fuit. Item suis interstitijs columnæ, ad quas naues alligabantur, gradus item perampli, per quos ad aquas descenditur, nec non onera, ac merces extrahi è nauibus, euehiq; in terram solent. Habuisse spaciosas porticus multis columnis innixas, cognoscimus ex nummis antiquis, in honorem *Traiani* excusis, in quibus portus eiusdem formæ effigiata visitur, & qualis olim fuerit, cum *Neptuni* signo arundine coronati in undis, ante fauces decumbētis iuxta delphinum cum nauis gubernaculo in dextra. Apparent catenæ duplices, quibus fauces occludebantur, & in ipso portu quinqueremis prætoria, celoces, triremes, phaseli, aliæque naues multæ. In eius medio inter porticus noscitur arcus

ITALIÆ PARS I. 239

eus ille sublimis, quadrigis, & trophæis in fastigio
 onustus, a Senatu Populoque Romano in eius benefi-
 cij memoriam Traiano ibidem erectus, & adhuc
 temporis extans, qui licet quadrigis, trophæis, ima-
 ginibus, signis, litterisque æneis inauratis, omnibus-
 que suis ornamentis sit spoliatus (quemadmodum
 ex vestigijs, in quibus ænea signa, litteræ, parerga,
 aliæque sigilla marmoreo operi suis locis plumbo fer-
 roque infixæ fuere, colligimus) non minus tamen,
 quasi nudæ Veneris simulachrum quoddam eximium
 spectantium oculos in admirationem rapit, atque
 detinet. Dum scilicet accuratè considerant eius mol-
 lis artificium, pulchritudinem, ac iustam symme-
 triam partium. Quandoquidem numeris omnibus
 absolutissimum corpus illud marmorum paucis im-
 manium lapidum corijs, idest, ordinibus in altum
 æqua crassitudine euehitur, atque tam frontis, quàm
 laterum vndique scenographiam perfectissimam ue-
 nusta cum quadam eurythmia representat. Idque
 in primis eximium videtur, architecticæ summam
 peritiam, atque securitatem ostentat, quod arcus ip-
 sius partes, & ornamentorum membra quæque, nimi-
 rum stylobatæ, atque spiræ columnarum; item capitu-
 lorum abaci, plinthe, echini, flores, ac teniæ, nec non
 fastigij, & apsidum projecturæ, fasciæ, coronæ, zopho-
 ri, triglyphi, cymatia, simæ, sic & titulorum tabulæ,
 & quidquid est appendicum, quibus arcus honora-
 rius similis exornari solet, non foris adiuncta, sed ex
 vastis marmorum quadris, è quibus totum opus con-
 stat, sint simul exsculpta, & artifice manu ad amuf-
 sim expolita, coagmentataque tam concinnè, vt in-
 ter quadrorum commissuras ne cultelli mucronem,
 quis inferere posset, & ex vno Parij montis saxo to-
 tus arcus excisus a longè videatur. Elogium, quod
 detractis æreis inauratis litteris in arcus fronte supra
 apsidem extat, causam declarat, cur eo loci *Traiano*
August. eiusdemque coniugi *Plotina August.* & so-
 rori *Marciana* iam tum inter *Diuas* relatæ in hono-
 rem

rem exstructus fuerit. Nec ingratum fore studio-
sis autumo, idipsum hic subtexere exscriptum
correctius, quàm à quibusdam alijs scriptoribus pu-
blicatum fuit.

IMP. CAESARI. DIVI. NERVAE. F. NERVAE.
TRAIANO. OPTIMO. AVG. GERMANIC.
DACI. CO. PONT. MAX. TR. POT. XIX. IMP. IX.
COS. VI. P. P. PROVIDENTISSIMO. PRINCIPI
SENATVS. P. Q. R. QVOD. ACCESSVM
ITALIAE. HOC. ETIAM. ADDITO. EX. PE-
CVNIA. SVA
PORTV. TVTIOREM. NAVIGANTIBVS.
REDDIDERIT.

In latere dextro.

In latere sinistro.

PLOTINAE. AVG. DIVAE. MARCIANAE
CONIVGI. AVG. SORORI. AVG.

Perge ad arcem Anconitanam, & ad portas, ac
propugnacula noua videnda, quibus aduersus pira-
tarum Turcarum impetus, ac insidias Vrbs illa muni-
ta pridem fuit, primùm Clementis VII. dein Pauli III.
atque successorum Pontificum auspicijs, atque maxi-
mis impensis.

Non detractabis scandere *Cumerum* promonto-
rium, *Montem Anconitanum* appellat Plinius, & re-
bus ibi videndis horas aliquot impendere. Vifi-
ta Cathedrale Diui *Cyriaci* fanum antiquum, marmo-
ribus raris, atque structura sumptuosa peramplum,
& eximium, in cuius templi sacrarijs, quamplurimè
Diuorum reliquiè, ac donaria preciosa, pietatis ergò
conseruantur. Non procul inde in promontorio *Ve-*
neris adem fuisse ex Iuuenalis poetæ citatis, ante
ver-

ITALIÆ PARS II. 241

versibus palàm sit, cuius nullæ nunc visuntur reli-
 quæ. Ex alto ibidem volupe sit contemplari spacio-
 sa maris æquora, vrbis atque portus curuaturam, ac
 situm, per continentem Apennini iuga, cui promon-
 torium hoc ita cohæret, vt nonnulli eum illic finiri
 memoriæ prodiderint. Ramum quidem Apennini
 esse, credi facilius potest, qui hinc ad Garganum per
 oram Hadriatici maris, atque inde in meridiem ad
 Leucopetram Bruttiorum promontorium perpetuis
 iugis in Epiroticum mare procurrit, ac veluti spina
 dorsu totius Italiæ continentem roborat, ac firmat.
 Monstrantur hinc vicinæ ciuitates, atque circumia-
 centia castella, & oppida, sub promontorio ad littus
 Sirolum, nobili nunc etiam vino celebre, quod etiam
 a Plinio *Anconitanum* vocatur, & inter generosa nu-
 meratur. Inter Apennini montes Urbini, & Auximi,
 aliorum oppidorum situs declarantur. *Cingulum T.*
Labieni ad Musonis fluentia in colle positum, qui C.
 Cæsaris procos. legatus in Gallijs, longo bello tan-
 tum sibi corroserat ex prædis diuitiarum, vt oppi-
 dum hoc priuata impensa condiderit; cuius oppidi
 imaginem nummis argenteis expressam, cum eius
 titulo non semel vidimus. Inuidiosas eius opes ta-
 xant Cicero, & Valerius Maxim. Silius, & Dio Ni-
 ceus, alijque.

ÆDES LAURETANA.

Hinc per quindecim milliaria Lauretum, vsque
 proficiscere, vbi inclytum religione sanum
Diua Maria Deipara Virginis visitur, peregrinatorum
 concursu ab vniuersis Christiani orbis regionibus
 eò confluentium mirificè frequentatum pietatis, &
 votorum causa. Sylua olim laurea in colle ad Mu-
 sionis amnem inter Ricinetum, & mare, a qua *Laureto*
 nomen in eodemque colle, sunt qui opinentur, Cu-
 pra

pram Tuscorum oppidum cum antiquissimo *Iunonis*
Caprinae delubro fuisse. Nunc vicus, vel potius op-
pidulum, muro, fossis, & turribus cinctum, atque
propulsatorijs armis instructum abunde, ne piratis,
ac Turcis, impiove militi, ut antea, ad direptionem
pateat; Utque tuto, commodeque nunc habitetur, &
aduenas hospites laute, mundeque in diuersorij ex-
cipiat, & tractet.

Templum ipsum ex quadrato saxo, sumptu atque
magnificentia sublime, & per amplum est: in cuius
medio sacrosanctum illud *Diua Virginis* conclave
per summam religionem ab aduenis aditur, conclu-
sum sacello marmoreo quadrato, sculpturis artificio-
sissimis extrinsecus elaborato, tam laxè tamen, ut
nouum hoc opus veteres, & venerandos illos sacri
conclavis muros nusquam contingat. Atqui opi-
nionem prorsus receptam, & re ipsa constare tradunt,
Diuinij numinis hoc fieri nutu, ut parietes illi, intra
quos nata, educataque fuit coelorum Regina, semper
Virgo Maria, & intra quos Archangelo Gabriele
nunciante, ipsa Deum, ac hominem concepit opera-
rias hominum manus non admittant, renouari, ac or-
namentis nullis vestiri nolint. Nec ambigunt pio-
rum animi, quin diuinitus id ipsum conclave per an-
gelos eò translatum è Palestina fuerit, cum propter
grauissima scriptorum hac de re testimonia, tum mi-
raculorum crebritate perculsi, quibus locus iste iam a
saeculis inauguratur, & illustratur indies. Obstina-
ta, & laxea corda possent mollire, primo ingressu,
& ad venerationem loci impellere, tot insignia mira-
culorum documenta, atque donaria votiuia per tem-
pli parietes, columnas, fornices, atque tholos cir-
cumquaque suspensa, veluti statuae, signa, imagines,
arma, exuuiæ, vestes, aliaque instrumenta infinita,
simul cum tabulis pictis, scriptisque; quibus singulis
lucè clarius ostenditur, & memoria mandatur, quam
pro salute humani generis inexplicabilia suæ poten-
tiae signa palam Deus Optim. Maxim. ostendat, quæ
suo

ITALIÆ PARS I. 243

suo nutu cuncta regit, & ut in locis sibi piè dedica-
tis facile prosperet, atque perficiat bonæ voluntatis
conatus, gloria, & maiestate domum suam adim-
plēs, in qua nomen, & cor eius (ut Solomoni Regi
est oraculo pollicitus) cunctis diebus permanet: quo
in preces implorantium eius auxilium cum auctario
præsertim intercessionis gratæ Diuæ Virginis, matris
suæ, aliorumque cohæredum cœlestium (quorum
hic imitatores esse debemus) oculis apertis, & arre-
ctis auribus attendat. Tam verò, quàm obnixè suc-
currat in rebus desperatis, cum ibi, tum ubique terra-
rum multa miraculorum millia documento sunt, quæ
tanquam in speculo nobis etiam repræsentant, quàm
non repudiat aduocatos nostros, & quàm temera-
rium sit, eius exquirere consilia in eligendis sui cul-
tus locis.

Per templum, tragica, multipliciaque humanarum
calamitatum pegmata, tanquam in theatro quodam
perlustrabis, in quibus tamen semper benignus ille
Deus ἀπομυχαίνε ἐπιφανεῖς felicem cuiuscumque tra-
gœdiæ catastrophē imposuerat. Verùm quis va-
rios rerum casus memorando describet diluuiâ, tem-
pestates, naufragia, fulmina, terræmotus, ruinas,
præcipitia, lapsus, ossifragia, morbos, cœdes, latroci-
nia, sicas, carceres, laqueos, furcas, & infinitos
ærumnarum crateres, quos nobis in hac lachryma-
rum valle nouerca fortuna propinat? sed ut poeta ver-
bis hoc concludam;

*Non mihi si linguæ centum sint, oraq; centum,
Ferreâ nox, omnes scelerum comprehendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina possem.*

Queis non solum apud inferos summum numen
sua iustitia noxas vindicat: sed quibus etiam hic nos
delirantes sua clementia in ordinē redigit, cœlo nos
referuare cupiens. Deus etenim nobis fortunæ cali-
cem miscet ad salutem.

Q 1 Osten-

Ostenduntur singulatim preciosa, & rara principum, atque magnatum donaria, quæ religionis, ac voti causa *Divæ Virginis Matri* in sacrosancto illo delubro dedicata fuere. Item in sacrario vestes, ac vasa sanctiora ex auro, & argento, gemmis, & vniuersibus onusta.

Nec votiue tabule prætereunde, quibus etiam laudes *Deiparæ Virginis Lauretanæ* à præclarissimis ingenijs decantatæ continentur, inter quas *M. Antonii Mureti* non vulgaris est.

M. ANTONII MURETI

AD BEATISS. VIRGINEM

DEI MATREM,

Quæ in æde Lauretana, religiosissime colitur.

Vnde mihi insolitus præcordia concutit horror,
 Et persusa metu trepidat, velut icæa Deo mens.
 Fallor an hoc facit ipse locus, stimulusq; patienti
 Subiicit, atque animum presentia numinis urget?
 O cælo dilecta domus, posteq; beati,
 Quos ego iam pridem tota mihi mente cupitos,
 Nunc primum veteris Gots veus, advena viso,
 Saluete, ad spectusq; mihi feliciter este.
 Vosne per æthereas Iudæa a sinibus oras
 Aligerum, mandante Deo, vexere manipuli?
 Hic Virgo genitura Deum, genitricis ab alae
 Prodiit, & blandis mulsi vagitibus auras?
 Hic quoque Virginei seruata laude pudoris
 Sancta saluifero tumuerunt viscera fetu?
 Ille opifex cunctorum, ille aeterno vnica proles

Ad qua

ITALIA PARS I. 24

Aequa patri, ille homini primaeva ab origine lapsa
 Spem caelo sortamq; ferens, hac lusit in aula
 Parvulus, & sancta blanda obusit oscula matri.
 Quanam igitur regum sedes, qua templa per orbem
 Huic se ausint conferre loco? ter & amplius omnes
 Ante alias felix Piceni littoris ora:
 Cui solymos spectare domi, cui munera diuum
 Fas calcare domi est pedibus vestigia Christi.
 En ego iam supplex procumbam, atque oscula figam
 Parietibus sanctis, spargamq; hoc pulvere crimes.
 Aspice me superis è sedibus, aspice, Virgo
 Prostratum, atque imo gemitus ex corde cientem,
 Et pectus tundentem, & fletibus ora rigantem:
 Ne, quamquam culpis ad opertum turpibus, aere
 Adspectu me Diva tuo, si pectore toto
 Te veneror, si te, dubijs in rebus, ad Senam
 Confugio, teq; auxiliium sanctissima posco.
 Penitet ex animo vita me Diva prioris,
 Penitet, & meritas horret mens conscia penas.
 Quod nisi tu casto pendentem ex sbera natum
 Concilias, placasq; mihi, quo tendere cursum,
 Quove malis sessam tentabo advertere puppim
 At tu, namq; soles, placida dignare querela
 Aure meas, & ades lapsis mitissima rebus.
 Certè equidem tota pendentes ade tabellas
 Aspicio, qua te miseris praesto esse loquuntur.
 Hic te animo spectans, torrentem viscera febrim
 Depulit ille hyadas iristes, hadumq; cadentem
 Spectavit ruitus, vertentibus aquora sentis,
 Et duce te patrias enavit saluus ad oras.
 Criminis ille reus falsi, sub iudice duro,
 Dum mortem exspectat, tenebroso carcere clausus,
 Munere Diva tuo detecta fraude, renisit
 Vxorem, & natos, exoptatumq; parentem.
 O ego nunc morbis multo graavioribus aget
 Naufragiumq; timens longe exitiosius illo,
 Et iampridem animum peccati compede vincens,
 Si possum morbis liber, & inclisq; solutus.

Fluctibus, & ventis lacera[m] subducere puppim:
 Quas tibi lætus agam grates, dum vita manebit?
 Te, cum luce nova sparget sol aureus orbem,
 Te recinam, quoties abscondet opaca poli[n] nocte,
 Et tua præcipuo venerabor numina cultu.

Exstat, & votum Virgini Matri Lauretanæ, V. C. Læ-
 uini Torrentij Episc. Antverp.

CELEBRITAS, ET MAIESTAS

ÆDIS LAURETANÆ.

Ex Horatij Turfellini, Societat. *ÆSV*

Libris quinque.

NVllum omnino tempus anni, nullus mensis, dies
 nullus abit, quin Sanctissimæ Virginis cella
 à plurimis aduenis celebretur. Nec Picentium,
 Italarumque propria hæc laus pietatis, sed commu-
 nis Transalpinis, Transmarinisque, maximè verò
 Illyricis, Francis, Belgisque. Nec desiderantur
 Hispani, Lusitani, Poloni, atque Germani. Duo ta-
 men sunt anni tempora, populorum gentiumque
 omnium frequentia, ac celebritate præcipua, Ver, &
 Autumnus, quorum alteri dies concepto inibi Deo
 facer, alteri natalis Deiparæ Virginis initium facit
 celebritatis. Vtraque autem celebritas trimestris
 est, quo temporis spacio maximis populorum concur-
 sibus Ædes Lauretana celebratur penè quotidie.
 Namque agri Piceni nulla vrbs, oppidum, pagus, vi-
 cus est, quin quotannis cateruatim, populatimque
 Lauretanam Virginem interuisat. Quorum exem-
 plum finitimos circa populos Samnitium, Umbriae,
 Flaminia, Æmilia, cœteræque Italiae ad similem pie-
 ta-

ITALIA PARS I. 47

tatis laudem inuitat. Veniendi fermè ratio talis.
 Præeunt sodalitates suis quæque insignibus, vexil-
 lisque distinctæ. Plerique enim præter Christi Cru-
 cifixi effigiem, Deiparæ, aliorumque Diuorum ima-
 gines pulcherrimè pictas præferunt. Agmina clau-
 dunt Sodalitatum moderatores, Sacerdotesque cum
 sua cuiusque agminis symphonia. Sequuntur dona,
 argenteæ coronæ, calices, cerei nummis obfiti, præcio-
 sæ vestes, Urbium, oppidorumue argentea simula-
 chra, votiuæ tabellæ, diuinorum beneficiorum Beata
 Maria deprecante partorum indices. Interponuntur
 sæpè Angelorum, sæpè sacrorum vatum Sibyllarum-
 que de Beata Virgine vaticinantium, aliæque perso-
 næ habitu vestis insignes. Sæpè etiam excipit in-
 condita, & promiscua cuiusque populi turba.
 In itinere carmina Deo, Dei parenti, diuisque per in-
 terualla inuicem canunt. Obuias vrbes cum tran-
 seunt, eas ad Lauretanæ Virginis Religionem, cul-
 tumque exemplis pietatis accedunt. Simulac verò
 Aedes Lauretana in conspectum se dedit (ea quia in
 edito colle sita est, procul conspicitur) ex templo
 vniuersi posternunt corpora, & obhortis præ gaudio
 lachrymis, Deiparam consalutant. Inde in ordines
 abeunt, instructisque agminibus procedentes, canūt
 Litanias, hymnōsque. Nec defunt, qui exutis pro-
 perè vestibus, paratos ad id saccos induant, comites-
 que subsequantur nuda sibi terga coedentes. Ad
 Laureti portam peregrinis Sodalitatibus Lauretani
 Sacerdotes linteati procedunt obuiam, easque in
 templum deducunt cum egregia symphonia, festoq;
 campanarum, ac tubarum sono. Vbi ad ædis vesti-
 bulum ventum est, adienæ denuò prostratis corpori-
 bus, impensè salutant Virginem, tanto vtiq; animi
 ardore sensuque; vt cœteri, qui adsunt, illorum voci-
 bus emolliti collachrymare cogantur. Posteaquàm
 ad collucentem facibus, lychnisque Deiparæ cellam
 peruentum est, Diuæque effigiem intueri, contempla-
 que cœperunt, incredibile dictu est, quæ uoces, quæ

gemitus, quæ lachrymæ, quæ suspiria passim exaudiantur. Deum presentem adesse facile sentias. Plerique porro Diuino simul horrore, gaudioque perfusi, ad eò sacris illis parietibus adhærescunt, ut inde auelli, abstrahi que vix queant. Dumque aram Apostolorum, sacrum armarium, obstructam ianuam, ipsamque caminum venerabundè contemplatur: dum meditantium animis Beata Virgo in ijs locis aliquid agens occurrit, nullum intuendi finem, nullum osculandi modum facerent, nisi plurimorum item petentium, ardor obstaret. Finitimorum populorum ferè hæc est ratio. At exterarum gentium peregrini alij, aut pedibus, equis alij, aut vehiculis gregatim confluunt, plerique peregrinorum habitu, ac notis insignes. Verùm in dispari habitu aduenarum eminent. Edis Lauretanæ cultus idem. Omnium ferè hoc commune est, ut delictis expiati cœlesti mensa reficiantur, plerique autem Beatæ Virginis aram iactata pecunia, & præciosis cumulent donis. Quamquam dona insigniora sacelli cultibus tradi solent, ut in codicem referantur, quod eorum, & simul donantium extet memoria ad posterum. Aram Apostolorum, & scilicet Deiparæ effigiem, pro varietate temporum, magnifica semper adornat vestis, incredibilisque cultu gemmarum, aliorumque donorum. Sacellum ipsum candidis semper cereis, lychnisque argenteis plurimis collucet, assiduis propè symphonicorum, musicorumque organorum personat cantibus, & quod caput est, præsentis Dei numine semper affluit, quod in intrantes redundat aduenas: sic prorsus, ut pios insolito quodam gaudio, improbos horrore perfundat, ægris remedio, mœstis solatio, torpentibus incitamento, præsidio periclitantibus, perditis sit salutis. Porro præcipua Lauretani sacelli frequentia est circa ferias Paschatis, Pentecostes, & Natalem Virginis diem. Nam præter alios innumerabiles, qui pedibus, equis, quadrigis sub Pascha Lauretum petunt.

ITALIÆ PARS I. 249

rant, plurimi ex Longobardiæ, Venetiæ, Dalmatiæ
 que oppidis gregatim nauigijs Anconam delati, ad
 Lauretanam ædem fermè pedibus pergunt. Hi fe-
 rè postridie Paschatis, quo die in Sacro Euangelium
 de peregrinis Emmauntem petentibus recitatur, pe-
 regrinorum habitum sumunt, & post faustam Anti-
 stitum suorum precationem, cum Sacerdotibus in-
 nocentiæ custodibus pariter se dant in viam. Quo-
 rum quidem tanta est multitudo, vt duodena millia
 facile excedant. Inde excipiunt finitimorum pago-
 rum, oppidorum, vrbiumque concursus incredibiles,
 ac subinde agmina plurima, ac maxima foenifera-
 rum, messorumque. Coeterum natalis dies Beatæ
 Mariæ longè maxima aduenarum frequentia est in-
 signis, toto penè Piceno (vt de coeteris regionibus
 taceam) Lauretum confluent. Satis constat illo
 biduo supra ducentum hominum milli. Laureta-
 nam ædem nuper accessisse. Itaque necessitas Cur-
 fodes sacrosancti sacelli cogit interiori eius parte
 cancellos per id tempus extrinsecus circumdare,
 vt in expedito sit, admittere, quos velint, aut exclu-
 dere, turbasque vitare. Omnibus porro anni
 temporib. militum cohortes, ac turma equitum pro-
 ficiscentes ad bellum diuertere solent Lauretum, vbi
 ritè expiati, ludicris certaminibus militari more ce-
 lebrant virginem. Atque hæc incredibilis aduena-
 rum frequentia vias Lauretum ferentes frequentissi-
 mas diuersorij fecit. Itaque hospitiorum opportu-
 nitas, commoditasque viarum pedestrem quoque
 peregrinationem, quamuis delicatis, ac debilibus,
 haud sanè difficilem præbent. Ad hæc iterum
 celebritas tanta est, vt per ea tempora passim occur-
 rant varij peregrinorum greges, ingens vel incita-
 mentum pietatis, vel leuamentum laboris. Ergo ip-
 se Marcus Antonius Columna (vt de alijs taceam)
 vir, & opibus, & bellicis rebus inclytus votiuam
 peregrinationem Lauretanam exsequi sustinuit pe-
 dibus. Omnino vt Lauretum tandem ad conspe-
 ctum

Etum Deipara. Ventum est, superfundente se pijs
 mentibus Deo, tantam omnes hauriunt coelestis læ-
 titiæ voluptatem, vt maximum quamuis laboriosæ
 peregrinationis fructum se coepisse fateantur. Hic
 ego, quid memorem, quam multi faciant Beatæ Vir-
 gini vota? quam multi reddant? quot è flagitio-
 rum emergant cœno? quot inexplicabilibus ince-
 starum illecebrarum vinculis animum exsoluant?
 quot veteres inimicitias, & inueterata odia depo-
 nant? quot homines desperatæ salutis, qui foedus pe-
 pigerant cum inferno, ex inferorum faucibus erepti
 reuiuiscant? Nam quanto corporibus animi præstat,
 tanto plura, ac maiora in animis, quam in corporibus
 hominum curandis existunt Virginis Lauretanæ mi-
 racula. Vt hæc & alia, quæ attigimus, explicare velle
 oratione, hominis sit Diuinam potentiam (quæ Lau-
 reti, vel maximè se ostendit) humana inbecillitate
 enarranda suscipere ea, quæ vtiq; pertractâdo deterre-
 rem. Hoc vnū liquidò affirmare possum, Lauretanam
 celebritatem, maiestatemq; tãtam esse, quantam qui
 oculis nõ subiecerint, haud quaquã concipere animis
 possint; vt si deinde cū narratis audita conferas,
 vna in his terris Lauretana res non fi-
 dem solùm, sed famam quoque
 ipsam, quæ cuncta in ma-
 ius celebrare solet, in-
 credibili maiesta-
 te, ac facti-
 gio vin-
 cit.

PRÆ

PRÆCIPVVS LOCVS

SITVSQVE ADMIRABILIS

Aedis Lauretanæ

Coeterum è Galilæa migrans in Dalmatiam, indeque in Picenum in sylvam, hinc in collem duorum inuicem dissidentium fratrum, in illis locis sedem sibi Deipara virgo elegerat, ad diuersandum magis, quam ad habitandum, minimè scilicet diuturnam. Quippe cum eo demum loco, vbi nunc est, ab initio sedem animo destinasset stabilem, & (nisi incolarum, accolarumue aliquod delictum obstet) vt speramus æternam. Neque enim ambigimus fas est, quin Dei Mater, & Dalmatarum in Illyrico indiligentiam, & immanitatem latronum in sylua, & in communi duorum fratrum colle fraterna odia, vt prouidere a principio, sic vitare potuerit. Nimirum illa istarum rerum satis gnara, ex quo primum tempore Nazaretho. Domus excessit, relicto natali solo, hunc sibi locum elegit, vbi stabilem, ac perennem figeret sedem. Verum enimvero opus fuit ad fidem, tam insolito, inauditoque antea miraculo affirmandam, eiusdem miraculi frequentatio: vt rem per se incredibilem faceret. Qui enim ambigerent deinde mortales, an domus illa Galilæa esset aduecta, cum eandem illi ipsi audissent suo euo, ex Illyrico in Picenum migrasse, qui vidissent in ipso Piceno intra spaciū vix mille passuum, anno nondum circumacto, ter mutasse sedem locumque? Incidit quippe tertia hæc & postrema migratio in annum a Christo nato Millesimo ducentesimo, nonagesimo quinto, qui aduentum Sacræ Domus in Italiam est consequutus. Operæ autem pretium est de admirabili eius situ cognoscere.

Si-

Situs enim ipse sacrosanctam illam sedem non humana, sed Diuina prorsus arte, manuque locatam facile declarat. Sita igitur est, si qua usquam, ad quattuor coeli mundi que regiones, ex Mathematicorum disciplina. Neque id solum, sed ex veteri etiam Sanctorum Patrum instituto, qui aras sacrarum ædium ad solis spectare ortum iuebant. Namque anterior paries, ut fenestra visitur Angeli ingressu (ut ferunt) nobilis, ad occidentem solem vergit: posterior, ubi ara est ante Beatæ Mariæ simulachrum posita, vnum fermè orientem spectat, aded quidem directò, ut per vtrumque equinoctium, decem circiter dierum spacio, sol oriens posteriorem, occidens anteriorem aspiciat partem. Itaque per eam sub occasum sol, quam dixi, fenestram ingressus ad Beatam Virginem velut vespertinus saluator accedit, quando matutinus esse nequit obiectu parietis exclusus. Id aded etiam post sacram domum templo inclusam obseruatum ferunt, priusquam aduersa templo facies Pontificiæ domus obijceretur ab occasu. Coeterum non dubito, quin eius ianua (perfecto deinde opere) patefacta, illud idem solis Deiparam a templi aditu, per sacelli fenestram quodam modo salutantis, sit præbitura spectaculum. Sinister porro sanctissimi sacelli paries ad Septentrionem vergit, dexter ad Meridiem. Ac proinde Pontificalium tectorum porticus sanè magnifica ad meridiem versa (Beata enim Virgo suæ cellæ situ situm Pontificiarum ædium velut præscripsit architecto) quotidie cum aduersum rectam excipit solem, meridiem haud dubium indicat. Hunc autem tam admirabilem sanctissimi sacelli situm non casu occupatum, sed Diuino quæsitum consilio, vel illud argumento est, quod in ipsa quoque sylua, eundem planè situm a Beata Virgine optatum (ut egomet intentius obseruauit) vestigia, quæ existare diximus, satis ostendunt. Idem fortasse in colle fratrum accidit: nam ex obscuris vestigijs indicat.

ITALIÆ PARS I. 255

dicari non potest. Fortassis idem quoque in Dalmatica sede vsu uenit: nihil enim comperti habemus. Sanè res ipsa consentanea est. Sacrosanctam quippè domum duo præcipua mysteria, ortus Beatæ Virginis, & Æterni Verbi conceptus insignè fecere: quorum ille ferè in autumnale, hic in uernum incidit æquinoctium. Igitur haud immeritò eam sol per utrumque æquinoctium lustrat, sic prorsus ut vel illorum mysteriorum memor, & sub ortum, & ante occasum Deiparam Virg. penè ambitiosè adire, quodammodo salutare videatur.

BAPTISTÆ MANTVANI

TESTIMONIUM.

Baptista igitur Mantuanus Theologus idem, ac Poeta egregius initio suæ historiæ, egregium Ædi Lauretanæ tribuit testimonium, quod ab re non erit nostræ historiæ intexere.

Cùm nuper, inquit, venissem ad Sacratissima Virginis Mariae sanctum domicilium, vidissemq; qualia, & quanta Deus ostendit in eo loco miracula, & suæ virtutis, atque clementiæ signa manifestissima, me subito horror inuasit, & visus sum audire Vocem Domini loquentis ad Moysen: Non appropinques huic, solue calciamentum de pedibus tuis, locus enim in quo stas, terra sancta est.

Inde præfatus legisse se in Templo Lauretano tabulam parieti affixam, situ & carie corrosam, in qua vnde, & quonam pacto locus ille tantam sibi uendicasset auctoritatem, conscripta erat hystoria, hæc inquam, præfatus adiecit, *Historia igitur in tabella continebatur eiusmodi, Templum Beate Dei Genitricis Lauretana quondam ipsius Virginis cubiculum fuit, in quo nata, nutrita, ab Angelo Gabriele salutata, & Spiritu Sancto fuit obumbrata.*

Cœtera inde persequitur, quæ a Præposito Teremano memoria prodita, & in Lauretana æde proposita diximus, ut ex Teremani tabula esse de prompta satis appareat. Ad extremum augustissimæ huius Domus laudationum ingressus, eam non modò terrestri paradiso, ubi Eva ex Adæ latere efficta est; Monti Sinæo, ubi lex data, Templo Salomonis præcipua numinis presentia inclyto; Bethleemio antro, quæ cunabula fuerunt Salvatoris; Tabori monti, ubi Christus clarissima luce circumfusus apparuit cum Mose, & Helia colloquens; Monti Oliuarum, vnde Christus triumphans ascendit in cœlum; verùm etiam augustissimo Christi sepulchro, quo nihil in terris sanctius habetur, longè multumque anteposit; præcipuè, quòd hic Deus humanitate indutus fundamenta iecit salutis humanæ. Cuius laudationis illa est in hgnis sanè, ac frugifera clausula.

Sed quid plura de Domus huius ineffabili dignitate commemorare pergo? libet mihi Jacob. Patriarcha sermone concludere: Terribilis est locus iste, non est hic ailud, nisi domus Dei, & porta cœli.

Ergo a Mantuano vico celeberrimo prodita litteris est Lauretana historia, quæ ad eum diem sermonibus tantum usurpabatur. Ex eo tempore vulgari cœpta, magno, vel Lauretanæ religionis incremento, vel mortalium bono. Namque ea, quam dico, historia breui volumine circumlata, cum avidè, ac passim lectitaretur, plurimorum animos ad Lauretanam ædem visendam, colendamq; pellexit.

Et in Agelariorum carmine, Antonium Principem virum præter Piceni oram, nauigantem sic gubernator navis affatur.

*Quod cornu Picentia contra
Littora delubrum est illud venerabile magna
Matris, ab Asyrijs, quod Dÿ super æquora quondam
Huc manibus vexere suis.*

Et

ITALIÆ PARS I. 299

Et paulò post.

*Laureta delubra vocant, neu crede superbam
Hanc ædem venisse fretis, superaddidit ista
Templa Sacerdotum Princeps ingentia Paulus.*

Innocentio quoque Octauo Pontifice, qui & ipse donis Virginem coluerat, Carmelitanorum curæ Lauretana domus mandatur, quod eandem priusquam Galilæa discederet, curæ sibi olim fuisse affirmarent, quo tempore Baptista Mantuanus Vicarius Carmelitarum Generalis Lauretanae domus historiam a se conscriptam Robureo Cardin. ordinis patrono anno millesimo quadragentesimo, octuagesimo octauo inscripsit.

Societatis verò præbyteri acciti Lauretum, ut domum pietatæ, audiendi que variarum linguarum, nationum que confessionibus auerent, iussu Pontificis Iulij Tertij, qui eis domicilium adificauit in edita parte, cum Canonicis suggerente Alberto Carpenfi Cardin. qui Lauretanae sedis patronus erat; anno huius sæculi quinquagesimo quarto.

Misit verò Pater Ignatius Loiola Societatis auctor viros aliquot egregios, officiorum que quos Casus Conscientiæ vulgò nominant, bene peritos, ut refert Pet. Ribadeneira vitæ eius libro quarto,

cap. 10. & Horatius Tur-

sellinus lib. tertio, hi-

storiæ Lauretanae,

cap. duode-

cimo.

LEAN-

LEANDRI ALBERTI,

DE EADEM ABDE

Testimonium.

Recanatum inter, & mare Adriaticum, non longè a Mufione fluuio cernitur in colle Templum Sanctæ Mariæ Lauretanæ toto terrarum orbe celeberrimum, quod simul cum oppido validis est munitum moenibus. Hic multi sunt incolæ excipientes hospitaliter peregrinos, qui ex omnibus Europæ partibus, eo votorum soluendorum gratia confluunt, cum omnibus anni temporibus, tum maximè Vere, & Autumno. Equidem de tanto templo dicturus, vnde ordiar nescio. Obseruatur quippe animo, hinc summa loci religio, illinc eximia templi opulentia. Enimvero me vires deficiunt conantem dicere de sanctissimo illo, religiosissimoque cubiculo, vbi nata, vbi educata est Cœli Regina semper Virgo, ac Dei parens Maria, eademque miserorum mortalium, apud filium suum Patrona. Vbi Archangeli Gabriëlis nunciò Dei Mater effecta, appellataque est, vbi humanam Deus naturam induit, vt nos ex faucibus inferni draconis eriperet, cœlestisq; regni adiutum per tot sæcula, Parentum humani generis vitio, clausum aperiret. Itaque vt dixi, vnde talis loci descriptionem ordiar, ignoro. Cœterum, vt pijs pariter, curiosisque lectoribus satisficiam, pauca dicam. Principio igitur dubitandum non est, quin hoc illud ipsum sit cubiculum, vbi cœli Regina edita in lucem est. Nam præter certissima litterarum monumenta, quæ Deiparæ Virginis cubiculum ab Angelis huc translatum esse fidem faciunt, nemo est, tam ferus, ac ferreus, nemo tot, tantisque flagitijs, ac sceleribus coopertus, qui non in ipso sacrae domus ingressu, præsentis numinis cœlestis religio-

ne

ITALIÆ PARS I. 257

ne per fufus molliri fuum fentiat pectus, aded vt venerabundus Beatae Mariae imploret auxilium, ac per eam a Chrifto suppliciter oret fuorum veniam delictorum. Et fanè ad ipfum humanos animos Diuina vis videtur impellere. Ad hæc accedunt prodigia, ac miracula ibi Diuinitus edita, beneficiaque tributa ijs, qui ad Dei parentem supplices confugerunt. Id aded non folùm litterarum monumenta teftantur; fed etiam aurea, argentea, cærea simulachra, votiuæ quoque tabellæ, quæ per multas ætates, ac fæcula congefta vifuntur. Longus fim, fi velim numerando percenfere Diuina prodigia, ac donâ inibi impartita mortalibus. Quæ quidem tantaque funt, vt incredibilia videri poffint ijs, qui non facilè inducuntur, vt credant, maternas a Deo preces audiri.

Nec vrò hæc magnificentius a Leandro dicta, quam verius.

RECINETVM.

Proficifceris hinc *Recinetum* emporium recens ex vetuftæ vrbs *Heluia* reliquijs excitatum, cuius interitu, ac ruinis etiam *Maceratam* exurrexiffe volunt. Cuius vrbs ab *Heluio Pertinace Auguf.* perampliter olim reftitutæ lateritium amphitheatrum ingens in ripa fluminis *Potentia*, aliaque ædificiorum magnorum veftigia in itinere per agros monftantur.

Laureto *Recanatum* te conferes via tribus milliaris ardua, & inter colles *strata*. Noua Vrbs est. *Capog.* *Heluia* enim *Ricina* campeftri a *Gothis* deuaftata, incolæ ædificatam, parum mutato nomine *Ricinetum* vocauerunt, & *Italica* Lingua magis mutato *Recanatum*. Huc *Menfi Septembri* ad celeberrimas *nundinas* confluunt vndique varij populi, &

R mer-

mercatores. In primario templo Gregorius Duode-
 cimus, qui in Concilio Constantiensi Pontificatu se
 abdicauit, sepultus est. In dorso montis magno
 gradu se extendentis sita Vrbs. Circumstat Auxi-
 mi colles, & Cinguli, mare, collesque alij.
 Hinc in campestria loca descendens multis milli-
 bus passuum, & dextera in extremo planicie San-
 ctum Seuerinum, quod Sixtus Quintus, Vrbs di-
 gnitate ornauit. Hinc quoque in collibus Matheli-
 ca prospicitur, interiusque Fabrianum oppidum in
 Papiro conficiendo nominatum. A Sancto Seueri-
 no via Camerinum te ducet, in montis iugo, muni-
 tissimo loco positum, opibus, & ciuibus refertissi-
 mum, quod semper Romanis in bellis auxilio fuit,
 semperque magni, & generosi spiritus viros produ-
 xit, inter quos nostro tempore Marianus Pater Bene-
 dictus, Summus Patronus meus, quem præter cœte-
 ros vehementer obseruo, studijs litterarum, morum
 venustate, laboribusque pro Ecclesia susceptis
 Cardinalis creatus, tamquam splendidissimum sydus
 refulget Camerino per vallem Dignani iter facere
 poteris Fulgineum, & Spoletum.

At si recta via incedes in montes ascendens, acce-
 des ad Maceratam totius Piceni nobilissimam Vr-
 bem, in monte magnitudine, & pulchritudine infi-
 gnem. Collegium Iurisperitorum, quam Rotam
 vocant, ad causas cognoscendas, & Præsidentem to-
 tius prouinciæ habet, propterea populo refertissi-
 ma. Vterius in oppido Tolentino Reliquias San-
 ctas Nicolai Augustiniani viri, qui illic vitam inno-
 centissimam duxit veneraberis. Tolentinas in
 publica Decurionum domo Francisci Philelphi ci-
 uis effigiem, cum equestris ordinis baltheo Laure-
 tam peregrinis hospitibus ostendunt, adseruantque
 etiam regij diplomatis membranam, ad collatæ di-
 gnitatis argumentum. Hinc deorsum te deporta-
 bis, tamquam Montem altum, Firmum, Asculum itu-
 rus, sed postea sinistrorsum ferè flectes ad colles, &
 via

ITALIÆ PARS I. 259

Via molesta, & incommoda Seruiale vicum inele-
gantem, & asperum peruenies. Inde loco, nomen
inditum, quod in Apennini faucibus situs sit, Um-
bria, & Picenum eo terminantur, & ad Cameri-
num est accessus. Inuenies ulterius viculum Col-
floridum cum lacu, vicino & ad dexteram in montibus
Sanctæ Anatoliæ Castellum; Caput aquæ insuper,
cuius aquis, & charta, & aliæ res ad hominum vsus,
vtilis concinnantur. Inde per vallem quandam
Fulgineum accedes, bidui itinere confecto post
Lauretum.

F V L G I N E V M.

Cum Flaminij Forum Longobardi deliquissent,
ex eius ruinis Fulginates ex agro Tudertino eo
sedem transferentes Fulgineum construxerunt: Ci-
uitas mercatura diues, maxime uerò rerum saccaro
coopertarum nundinis valde frequentatur, exigua,
incunda, & altera portarum illustris architectura,
ubi ciues Longobardos inuadentes acriter, & inui-
ctè depulerunt.

Sitibi Perusium, quæ millia passuum viginti abest,
videre in votis esset, ad occasum pergas, quò si per-
rexeris Assisium. Urbem in colle a dextris inuisas,
& Sancti Francisci corpus adorabis, sumptuoso
eius templo perlustrato, Angelorumque lacris
ædibus.

E via Flaminia per cultissimos Umbriæ campos
& colles ducta contemplari vtrinque iuuat latissi-
mos fructibus omnigenis agros, vinetis, hortis, &
oliuetis, amygdalæisque nitentes, quos Propertius
Umber, Virgilius, veteresque poetæ plures, in cœ-
lum laudibus vehunt. Videtur a dextris *Menania*,
Propertij patria, tauriferis (vt Lucanus ait) se ibi-
dem campis explicans. A sinistris autem e *Treba-*

lanis collibus, in quibus olim veteres oliuiferæque Mutisca, vt Virgilij locum declarat Seruius, Clitumnus erumpens limpidissimo, copiosissimoque fonte, qui Meuanix campos irrigaturus, altero mox stadio fluminis, ac Dei nomen assumpserat. Cuius etiam nunc opinantur ædem sacram olim fuisse, quæ in propinquo visitur marmorea, & antiquissima, nec non more Corinthio pulcherrimè constructa. Quales Vitruuius de sacrarum ædium œconomia scribens, *Fontibus, & Nymphis, æquè, ac Veneri, Floræ, & Proserpina* constituendas esse docet, vt aptas habere videantur cum dijs suis proprietates, iustitiamque decor accedat, si propter teneritatem graciliora, & florida folijsque, & volutis ornata fiant. In eum modum, & istius ædis scœnographia a frontate, & a postica, lateribusque huic argumento columnarum tympani, lacunaris, ac trabeationis parergis, ac omnibus ornamentis ad unguem correspondet; vt *Clitumno* vicino sacratam fuisse, non malè fiat verisimile: in quibus acanthorum folia, flores, & helices, striarum vndæ, triglyphorum guttula, victimarum in metopis crania bubula baccis, & corallis implexa, lances folijs, ac rosis vestitæ, nec non eucarpi florum, pomorum, ac fructuum omnifario luxu perplexi graphicoteram reddunt in aspectu delectationem, atque fluuiorum, fontiumque vim, efficaciamque Diuinam insnuant in terræ germinibus promouendis: In qua re Clitumni natura singularis est, vt non videatur miraculis carere. Obseruarunt enim veteres, eundem vicinos campos lætitia pabuli vsque ad eòd foecundare, vt bouum prægrandium armenta proferant, & pascant, & aqua Clitumni pota boues candidos reddit, Plinio, Lucano, Seruio Maronis commentatore, & alijs multis id ipsum testantibus. Ex his quidem armentis postea Romanus Umbriæ victor eximios quosque tauros, candidos reseruare, & ad triumphalia sacrificia saginare solet, velut victimas opimas, & ob-

ITALIÆ PARS I. 261

Paustum candoris omen in victoria latissimas.
Hos inauraris cornibus diademate, & vittis redimitos ducebant in Capitolium triumphantes Imperatores, & undis ex eodem amne sumptis perfusos, Ioui, & Dijs immolabant. Has igitur ob causas Clitumnus pro Deo cultus ab Umbris fuit, cui non solum ædes, sed & lucos sacrasse uetustatem, ipse Propertius indicat, dum ita canit.

*Qua formosa suo Clitumnus flumina luca
Integit, & niuaos abluit unda boues.*

Sed quam pulchrè poetarum princeps Virgilius, Georgicorum, libro 2. in Italiæ laudes effulus, hos ritus attingat, ne pigeat intelligere:

*Hinc albi Clitumne gregas, & maxima taurus
Victima, sæpè tuo perfusi flumine sacro,
Romanos ad templa Deum duxere triumphos.*

Rursum, ut Silius Italicus in Punicis vnico versu:

*Et lauit ingentem perfusum flumine sacro
Clitumnus taurum.*

S P O L E T V M.

Eodem die, ante noctem, si uoles, *Spolegium* peruenies, Urbem splendidam, & copia rerum imprimis abundantem, quæ Langebardorum principum sedes diu fuit, *Ducatus Umbræ* titulo insignis. Atqui multis, antè ætatibus fuerat illustris, & firma *Colonia Latina* velut Cicero in Balbiana testatur: quam Umbris deuictis populus Roman. deduxit triennio post Brundisium, sicut ex Paterculo, & *Liuius colligimus*, C. Claudio Centhone, Marco Sempronio

prælio Tuditano Coss. Quæ post cladem ad Trasimenum acceptam, Annibalem uictorem, ut Lilius memorat, ausa repellere, eundem docuit ex Vnuius Colonia uiribus consicere, quanta moles Romane Urbis esset, quam plurimis suorum amissis, inde signa uertere, moxque in Picentinorum fines traducere exercitum cogere. Floruisse admodum stante Romano Imperio, uetera ædificia, & antiquitates adhuc residua demonstrant, quas diligenter perlustrauit. Amplissimum Theoderici Gothorum Regis Prætorium, ab ipsis tamen Gothis post cum legato destructum, sed à Narsete Iustiniani Imperatoris restauratum. Item theatri fundamenta, *Concordia* fanum, formas extra Urbem sublimes, ac solidas aquæductuum, ex Apennini costis partim excisas, partim opere lateritio ex ima ualle fornicibus in altum subductas. Atque in primis suspicias licet maioris basilicæ pontificalis ardua tecta, marmoreosque parietes, arcem in amphitheatro constructam, pontemque lapideum, qui magno ingenio factus, pilis grandibus sustinetur, & Urbis editiorem partem arci, uel amphitheatro in alio colleposito coniungit.

INTERAMNA.

Sequenti die per uallem angustiarum altissimis clausam montibus per saxa, & rupes Apennini proficiscere *Interamnam*, sic appellatam a ueteribus, quod inter ramos *Nera* fluminis uelut duos *inter amnes* posita sit. Olim structuris, & amplitudine maiorem Urbem fuisse, quam nunc est, ueterum ædificiorum ruiæ, quæ in uicino circumquaque uisuntur, docent, & decreuisse non parum intestinis odijs, atque ciuium discordijs, maiorum memoria recompactum est.

ITALIÆ PARS I. 263

Municipium uetus Romani populi fuisse, plures antiquæ marmorum inscriptiones demonstrant, sed quando ius municipij, uel ciuitatis Romanæ Interamnatibus indultum fuerit, non prorsus liquet. Animaduertit Pighius ex antiqua tabula marmorea magna, quæ ibidem iuxta summum templum parietis inserta est, conditam Interamnam, fuisse annis 704. ante Cn. Domitium Ænobarbum, & M. Camillum Scribonianum consules, qui fuere post Romam conditam anno sexcentesimo uigesimo quarto, quo *Interamna* Salutis, Libertatiq̃, ac Genio municipij sacra publicè facta sunt, Tiberij Cæsaris in adulationem propter sublatum Seianum, ut ex eiusdem tabulæ elogio colligere est, & in suis Senatus Populique Romani. Annalibus idem Pighius latius exponit. Roma igitur annis octuaginta dumtaxat iuniorem esse, & sub Numa rege conditam constat, sed deuictis Vmbriis, Spoletiumque deducta Colonia, ius municipij Interamnam primùm adeptam fuisse, uerisimile est. Falluntur igitur Leander, alijque, ut Rob. Titius, quem refellit Iuo Villomarus Animaduersorum libro decimo tertio, qui Coloniam esse Romanorum autumant, ignari, & alteram eiusdem nominis ad Lirim in Latio fuisse, quam *Coloniam Romanorum* scribit libro decimo Liuius deductam esse, cum Cassino, M. Valerio, P. Decio Mure cos. anno Urbis quadringetesimo quadragesimo. Sed apertius ipse postea dicit ad differentiam huius municipij Interamne L. Posthumio, & M. Atilio Consulibus Samnites *Interamnam Coloniam Romanam, quæ via Latina est*, occupare conatos esse; quam veteres inscriptiones *Coloniam Interamnam Lirimam* videntur appellare, ad differentiam municipij *Interamne Nahartis*, ut nominant Urbem Vmbriæ, de qua iam verba facimus. Verùm dumtaxat hæc adinoneo, ne lector in eos auctores licet doctos incidens, simili errore capiatur Interamnatum Nahartium ager, ut antiquitus, ita & nunc propter situm,

& aquarum dulcium abundantiam summè fœcundus est, nimirum in descensu Apennini, meridiem & inferum mare versus eius positi colles, & campi (quos *infernates* idcirco Vitruvius appellat) perpetuis fontium, ac fluminum riu's irrigui, ad solis radios apricando, procreandorum omnium fructuum opportunam facultatem habent. Nec mentiri Plinium re ipsa compertum est, fœnificia quotannis tria, vel quattuor admittere Interamnata prata, nec non postea in pabulo non minus emolumentum dare, quod quidem incredibile nostratibus videbitur, sed productæ in conspectum vastæ magnitudinis rapæ triginta librarum amplius pondus, quarum septenas iusto pondere asinum onerare posse affirmant, fidem facient, nec non Plinius quadraginta librarum se vidisse scribit, libro decimo octavo. Naturalis historiæ.

NARNIA.

PER *Narniam* via Flaminia *Oriculum* proficiscere. *Narnia* in aspero, difficilique monte, & magna ex parte abrupto posita est, cuius imas radices abruptosque scopulos *Nar* fluitus magno curæ fragore lauat, a quo *Narniam* appellatam Livijs, & Stephanus Grammaticus in *Vrbium* lexico testantur. Eius situm, ita Martialis poeta depingit, libro 7. Epigrammatum.

*Narnia sulphureo, quam gurgite candidus amnis
Circuit ancipiti sive adenda iugo.*

Nequinum prius nominatam fuisse, incolasque *Nequinates* cum a Romanis subiugarentur, idem Linius affirmat. Infami scilicet nomine ob inertiam & prayos oppidanorum mores, ut volunt quidam
vel

ITALIÆ PARS I. 255

vel a loci iniquitate, de qua locuti sumus. Asper-
 nati tamen postea nomen Romanorum Coloni, cum
 eò deducerentur aduersus Umbros, & Narnienses a
 Nare flumine, vt diximus, appellari maluerunt.
 Samnitibus, tum Nequinates confœderatos fuisse,
 triumpho Capitolini demonstrant, cum quibus vi-
 cti, triumphatiquè fuere per M. Fulvium Patinum
 consulem, anno Urbis quadragesimo quinquagesimo
 quarto, quo tempore, & colonia eò deducta
 est. Nunc ciuitas oblonga ædificijs satis elegans
 est, rerum copia lauta ob agri vicini fertilitatem,
 licet aliquando bellorum calamitatibus inuoluta
 clades ingentes patrum memoria acceperit. Præ-
 tergressis Urbem apparent a dextris supra Narem
 admirandi, ac longè conspicui pontis fornices, ac
 minæ ingentes, qui duos præaltos, & abruptos mon-
 tes subterlabente flumine solebat coniungere, vt
 æquali uia transitus ab Narnia pateret in montem
 aduersum. Ex manubijs Sicambricis exstructum
 sub Augusto quidam autumant, & Procopius Augu-
 stum eius auctorem memorat, haud vnquam pontis
 arcus celsiores a se uisos scribens. Quæ adhuc eius
 reliquæ supersunt ex lapide quadrato prægrandi,
 pilis vastissimis sublimes arcus impositi, me hercle
 demonstrant florentis Imperij maximum, & insan-
 sumptus opus hoc fuisse. Nec de alio ponte loqui
 Martialem puto Epigrammate iam ante citato ad
 Narniam.

*Red iam parce mihi, nec abutere Narnia Quinto,
 Perpetuo liceat sic sibi ponte frui*

Huius pontis lapides ferro, & plumbo sine calce *Capng.*
 inter se connectuntur, idemque crassitudine maxi-
 ma coeli sunt exsculpti, latitudine circiter pedes du-
 centos patet, altitudine verò centum quinquaginta
 pedibus est maior. Fornix vnus, nec in præsentem per-
 fectus.

fectus. Palàm fertur, hunc sub pontem magnos the-
fauros esse defossos.

In ipsa ciuit. aqueductus 15. mil. pass. altissimos mó-
tes, qui subterfluit, tres in speciosissimos aeneos fon-
tes in vrbe aquam ducit. Narniæ aqua cernitur, quæ a
charitate nomen vsurpauit, quæque nunquam nisi
anno, ante annonæ penuriam promanare videtur,
quemadmodum, anno 1589. contigisse mihi explora-
tum est. Multæ aliæ aquarum species hic reperiun-
tur salubres, de quibus prolixiori fieret sermo, nisi bre-
uitati consuleremus.

Narniam vbi primum fueris egressus Romam itu-
rus passuum mill. 40. saxosum montem inspicies fer-
ro scissum, quo traijci posset inter fluminis præcipites
rupes, & arduum montem, qui sinistrorsum tollitur.
Saxum est in altitudinem pedes 30. in latitudinem
quindecim, & ultra porrectum. A dextera parte
admodum præceps locus est, vt insipientibus, hor-
rorem incutiat, & per immania saxa fluminis maxi-
mè obstreperunt aquæ.

Prætereuntes hæc non dimittitur via, quæ vltro, ei-
troq; amœnos colles arboribus vestitos exhibet, quæ
peruenitur Otriculum in colle ædificatum propè Ty-
berim pass. mille.

Schott.

Per viam Flaminiam vetusta monumenta, & Otricula-
ni municipij ruinas maximas perges ad Tyberim. In
transitu quidem videbis ædificiorum publicorum re-
liquias ingentes, templa videlicet, thermas, aquædu-
ctus, & aquarum castella subterranea: item porticus,
theatrum, & amphitheatrum, quæ mole sua testantur
ampliitudinem, & magnificentiam summam eius mu-
nicipij, cum florente adhuc Imperio staret, & vigeret
Falluntur, qui nobis *Italiam* describere, & eo loci
nescio, quam *Ocream* Sabinorum volunt fuisse, vel
Interocream, olim inter Cutilias, & Phalacrinem in
agro Reatino positam via Salaria, vt ex *Itinerario Ro-
mano* colligimus. Coeterum Otriculi municipij rui-
nas

nas illas esse, testantur apertè statuarum antiquæ inscriptiones duæ, patri atq; filiæ, propter thermas privato sumptu ibidem exstructas, ac Reipublicæ donatas; publicè locatarum. Quæ inscriptiones studioforum in gratiam hic subijcere visum est. Altera quidem in marmorea tabula legitur, quæ in oppido prope templum in plateis parieti inserta est, nec procul inde visuntur ipsa statuarum fragmenta patris, ac filiæ. Altera basis est quadrata, foris ad viam posita, in qua filiæ statua erecta fuerat. Tituli quidem sunt isti:

L. Iulio. L. F. Pal	Iuliæ. Luciliæ
Iuliano	L. Iuli. Iuliani. Fil
III. Vir. Aed	Patroni. Municipi
III. Vir. I. D	C. Ius. Pater
III. Vir. Quinq	Thermas. Oericula
Quinq I. D. est	nis. a Solo. Exstructas
Patrono	Sua. Pecunia. Dona
Municipi	vit
Plebs. Ob. Merita	Dec. Aug. Plebs
L. D. D. D.	L. D. D. D.

Tyberim postea trajcies pontonibus ad Augusti pontem lapideum, cuius prægrandes ruinae prolapsæ nunc fluminis alveum obstipant, & onerât, atque inde a Soractis montis radicem pergens, vesperi in oppidulo Ariniano pernoctabis.

Augustum æmulatus Clemens VIII. Pont. Opt. *Caput.*
Max. summa impensa, & nominis sui gloria pontem poni mandavit. Hic finis erat suburbij Romæ, etiam Imp. Aureliani dieb. qua propter legimus Urbis ambitum pass. 50. mill. aliàs produci, quodq; Constantio Imperante Romanam maiestatem, ædificia, & alia civitatis monumenta a Tyberi vsq; Romam, frequentia sic extitisse, vt quisquis præter maxime versatum, arbitra-

bitraretur, se in Vrbe fore. Transmisso flumine
 Burghettū vicus occurrit, vnde a dextera 8. mil. pass.
 interfunt ad Ciuitatem Castellanam, in altis rupibus
 cōditā Fescenium antiquitas nūcupatam. Interior est
 Caprarola Farnesiorum locus, de quo supra diximus.
 Iter habēs per viam regiam, quæ adhuc mill. pass. 20.
 differtur, aspicias Arianum pagum intra colles, &
 vltius Castrum nouum in sublimi situm, quo ad pri
 mam portam viculum peruenitur, vbi Flaminia anti
 quis silicib. strata vestigia teres. Ad leuam Tyberim
 habebis breui, quæ interiecta mora Pons Miluius,
 in quo è coelis signum crucis ostendit Deus Constan
 tino Imperatori, habens, In hoc signo vinces, in eoq;
 Maxentium tyrannum profligauit, occurrit, quo Thy
 ber transmittitur, perueniturq; ad suburbia Romæ,
 quam ingredieris per portam Flaminiam, nunc Pe
 puli nūcupatam.

F I N I S.



ITALIÆ PARS I. 269

*Prætermiffa pagina 19. & 20. ubi de
MAROSTICA sermo fit.*

De oppidanorum inter se rixantium ingenio, ita
Poeta quidam cecinit.

Restat & in ciuibus Marij discordia vetus,

Qua cum Syllanis sauit in Vrbe viris.

Templis multis ornatur, vnoq; præfertim supra
montem proximè dictum posito Fratrum Franciscano-
rum, Diui Sebastiani nuncupato, in quo est corpus
B. LAURENTIOLI pueruli, olim in suburbio
proximo Valle vocato, a Iudæis, qui tunc ibi habita-
bāt, martyrizati. Ex hoc loco olim claruit Patauij Frā-
ciscus è Freschis Iurisconsultus; hac verò ætate
ANGELVS MATTHEACEVS Iuris itidem
professor in prima Cathedra, cuius extant libri; atq;
PROSPER ALPINVS Medicamentorum
materiæ professor, cuius extant libri de Medicina
Ægyptiorum, de Plantis Ægypti, Dialogus de Opo-
balsamo, atque libri de prælagienda vita, & morte
ægotantium nuperrimè editi. Alluitur hoc oppi-
dum fluuiolo Roza vocato, atque altero milliare di-
stante Syllano dicto a Sylla, qui olim Marium cum
exercitu ibi pugnando vicisse dicitur.

T. I. CLAVDIO CAES.
M. SALONIVS E S

MARTINA CHARA CONIVX QVÆ
VENIT DE GALLIA PER MANSIO-
NES

L. VT COMMEMORARET MEMORI-
AM MARITI SVI
BENE QUIESCAS DVLCISSIME
MI MARITE

TITULUS I
 De oppidationum inort de rixantiam ingenio, 122
 Poeta quidam eccitit, in ortu rixantiam ingenio, 122
 T. AVRENTIOLI
 ANGEVS MATTHEVS
 ROSPER ALPINS
 T. CLAVDIO CAES
 M. SALONIVS
 MARTINA CHARA CONIVX OVA
 VENIT DE GALLIA PER MANSIO
 VI COMMORARRET MEMORI
 AM MARITI SVI
 BRENE QUIESCAS DULCISSIME
 MI MARITE

